

CKN 423



KPM/242

graeve II/345

Titel, 182, IV, 224 pp, 2 gef.
Tafeln W



f. u. r

SENATUSCONSULTI
DE
BACCHANALIBUS,

Sive aeneae vetustae Tabulae

MUSEI CAESAREI VINDOBONENSIS

EXPLICATIO,

AUCTORE

MATTHAEO AEGYPTIO



NEAPOLI MDCCCXIX.


Apud **FELICEM MUSCAM**
Superiorum Permissu.

C
K
N
423

IMP. CAES. CAROLO VI.
LEOPOLDI F. FERDIN. N. FERDIN. PRON.
DOMITORIGENTIVM BARBARARVM
RESTITVTORI ORBIS ROMANI
VICTORI AC TRIVMPHATORI S. AVG.
HISPAN. NEAPOLIS AC SICILIAE REGI
CATH. PIO. FELICI
ANTIQVITATVM PRAECIPVE ROMANARVM
PRO SVO IVRE EXIMIO CVLTORI
EXPLICATIONEM VETERIS
S. C. DE BACCHANALIBVS
AVGVSTIS EIVS AVSPICIIS LVCVRATAM
DEDICAT DICAT CONSECRATQVE
MATTHAEVS AEGYPTIVS
D. N. M. Q. E.

1

A D L E C T O R E M
P R A E F A T I O



Ulam annò superioris saeculi XL. Job. Baptista Cigala, Tirioli in Brutiis dominus, aedes sibi praetorias à fundamentis excitaret, forte accidit ut interfodiendum plurima antiquitatis vestigia, columnarum scapi, integri, fracti, bases, zophori, & epistylia egererentur, ex quibus non leve indicium subortum est, fuisse ibi oppidum band incelebre. Quum verò ambigeretur, an rudera illa ad excisam aliquam Graecorum urbem, an ad Romanorum coloniam pertinerent; commodum reperta est aenea tabula, quaquaversum fere pedalis, in qua Latinis literis, rudibus tamen, incisum erat Senatusconsultum, quod Romae de Bacchanalibus coercendis factum est: quae tabula licet praeter spem longissimam tulerit aetatem, fractam nihilominus vel antiquitus fuisse, ac novo fuso aere consolidatam, (sive ferruminatam, ut loquuntur J.Cti) certissimis indiciis etiamnum apparet. Lapidem praeterea sarcophagum detectum narrant, & cadaver hominis mirae proceritatis, qualia gigantum fuisse perhibentur; cujus dentes molares duo, qui apud rusticos quosdam adhuc supererant, tandem Romam ad Christianam Suecorum Regiam, hujusmodi rerum apprime studiosam, allati fuere. Fides sit penes auctores: non enim me latet, quàm male propter hujusmodi dentes, ac ossa, apud criticos audierit Fazellus (a). Magna in eo sarcophago bitaminis copia, quo, veluti pice, usi sunt loci incolae; donec eam fuisse Aegyptiacam cadaveris condituram, quum eximii medici ac philosophi Thomae Cornelii Consentini judicio, tum curandarum vulnerum praesenti vi serò Neapoli compertum est. Quanquam quid vetat dicere, non multum à vero aberratum esse? Nam ex pice quoque cedriam fieri solitam scribunt (b); & cedriam condiendis cadaveribus apud veteres usurpatam, tam certò scimus, quàm quod maxime.

A

Me-

(a) Thader, Rylin. not. de Cyrenis. (b) Ill. 3. de salinis, apud antiquos, praesentia cap. 17.

Meliore quodam fatis aenea tabula rusticorum manus evasis, & à domino, bonarum literarum, ac praesertim vernastis amanissimo, inter *καθηκόντα* servata est. Hunc junior Job. Baptista, illius nepos, Tiroli Princeps, bonis & ipse literis band leviter imbutus, cupientibus summis quandoque viris constantissime pernegavit: exscribendi tantum potestatem, quibuscunque vellent, humanissime semper fecit. Exscripsi ego ante annos XXX. vix dum hoc genere studiorum initiatus: exscripsit, ut alios inferioris notae praeferam, Jacobus Tollius (tamec si non *αδελφός*), à quo Batavi typographi acceperunt, & ope artis chalcographicae libris M. Tullii Ciceronis praefixere. Exscripsit vir Clar. Carolus Majellus, Neapolitani Seminarii, sub Archiepiscopo Cardinali Camelmio, studiis Praefectus, nunc Archiepiscopus Emesenus. Ab Augustino Scilla, p. d. Melfanensi, accepit Raphael Fabrettus, ediditque Inscriptionum cap. vi., nec ipse satis diligenter. Ex Fabretto nuper exscripsit Clar. Scipio Massaeus (a), & aliquot conjecturis illustravit. Longe à vero abest, quod Scilla Fabretto narravit, altam esse tabulam pedem unum, latam pedem unum & semis; quum vix sicilicet altitudinem superet latitudo, ut ex nostra figura, ad unguem expressa, patet. Illud notandum fuerat, quod lineâ v. vitio fabri aetarii legitur VTR. A, interjecto quadratae literae spatio, pro VERBA, ut sensus proculdubio postulat: lineâ vi., post vocem ADESENT, yelictam fuisse ab eodem fabro, nulla prorsus necessitate ad id cogente, lacunam, deinde has literas incisat. A RES: quae lacuna facillime suppletur, sic: QUOM. EA, ut ex inferioribus liquido constat. Lineâ quoque xi. xii. & xiii. deesse fragmentum ad instar fere trianguli, quod & nos, quum tabulae ipsius fragmenta non rectè adbaerentia, componeremus, supplevimus; nam fuso stamno vacuum illud complavimus, & paucas literas in id incidendi curavimus, quas tabula ipsa incidendas apertissime significabat.

Tandem hoc insigne, & nullo non pretio aestimabile eruditae antiquitatis monumentum clariss. eques Pius Nicolaus Gavelius, Caes. Majestatis CAROLI VI. semper Augusti medicus primarius, ac biliorbecae Praefectus, pro suo erga optimam Principem bonasque artes studio, effecit ut à privatis ad Augustaeos lares transferretur: operam suam commodante amplissimo Praefide Cajetano Argentio, qui facili negotia abs memorato Tiroli Principe,

viro

(a) *Mss. Act. diplomatar. pag. 139.*

viro spectatae erga CAESAREM fidei, statim obtinuit.

Habes, candide Lector, aeneae tabulae historiam: nunc quae me causae ad scribendam impulerint, paucis accipe. Quum idem Princeps meam sciscitaretur sententiam, ecquid de exornanda tabula, ad CAESAREM quamprimum mitterenda, videretur; forte imprudenti mihi excidit, jampridem à me quaedam panca, quam juvenili ocio fruerer, fuisse ad eam rem in adversariis adnotata: quod si tantum temporis publica Civitatis nostrae negocia largirentur, quantum ad ea in manus resumenda, & Senatusconsultum illustrandum usui foret, gratissimum laborem lubenti animo à me susceptum iri. Excidit id, inquam. Atqui diebus sane paucis post accessit me clar. Praefes, rogat, instat, arget, quidquid commentatus essem in lucem proferrem: gratissimum id Reip. literariae, & quod caput rei esset, clementissimo CAESARI in primis futurum. Ego verò, intermissa jamdiu hujusmodi studia causari: tamen non esse quae olim adnotaveram, ut sapientissimi Principis oculis susjicerentur: confusa omnia difficillime in unum veluti corpus coactura: in summa temporis inopia, & paucos inter libros, & adhuc imbecilla per morbum regium valitudine, qui fieri posse, ut argumentum multiplex, varium, non obvium, tractarem cum dignitate? Quid opus est verbis? Pervicit tandem auctoritas doctissimi viri, quae semper apud me plurimum valuit: manus continuo ad rem: excerpta ex optimis auctoribus consarcinare, paginas implere; mox stylumvertere, & quae paulo ante probaveram rejicere, per semestre fere spatium, non sine animi anxietate, perrexi. Neque enim, dum hoc saxum verso, à reliquis insuavis negotiis mihi licuit feriari; & satis, pro viribus, properanti quotidie stimuli addebantur: quod quum per se molestum est, tum mihi praesertim, qui sive naturâ, sive fato quodam, omnia incoepa abrupte, magnus cancellator sum. Ante omnia Livii de Bacchanalibus verba proposui, eaque illustranda duci: erat enim enarranda eorum historia, ne quid cupidum lectorem moraretur: & ridiculus sane fuisset, nec totâ curandus Anticyrâ, si aliis quam Livii verbis latine, perspicue, eleganter, copiose, ac denique cum dignitate dicere suscepissem. Itaque singillatim observationes, quae iusti commentarii loco esse possunt, adjeci, ut viam ad Senatusconsultum intelligendum, quocumque tandem modo possem, ac pro nearum virum exiguitate, complanarem. Qua quidem in re co-

A 2

Eus

Has sum salebrosam penitioris verustatis infigere viam; in eruendis originibus, vel ipsis Graecis Latinisque auctoribus parum conperis, successu nec admodum felici, insudare; arcana Cereris, atque adeo Iſidis, Bacchi, Oſiridis, Attidis investigare; discrimen inter Dionysia, Myſteria, Theſinophoria, Cerealia, Eleuſinia ſtatueret; inſanos denique lymphaticosque ritus, immo obſcena quaedam in medium aſſerre, quae ad Bacchi ſaediſſimum cultum pertinebant: quum ut unusquisque intelligeret, merito Bacchanalia fuiſſe abolita, quando nihil fuit ad corrupendos bonos mores aptius; tum ut ſerid cogitemus, quibus in tenebris, quoque in coeno Idololatrae verſarentur; ac tandem verae Religionis lucem, ac praefantiam, & beneficia à CHRISTO, Deo & Servatore noſtro, in genus humanam collata, non ſine grati animi affectu perpendamus. Ignoscat igitur pudicus lector, & labores meos aequi bonique conſulat rogo, ſi quaedam ſilenda, ſed Bacchanalibus arctiſſimè conjuncta, enuntiavi; nam ſic inſtruendus erat, ut ex iis, quae ſemota omni verecundia propalam fiebant, quantum in abdito parctum pudori fuerit, ſecum facile reputaret. Poſtremò ipſum Senatusconſultum per partes expoſui, notis, ut plurimum, ad rem Grammaticam pertinentibus; praecipua enim in eo legendo tyronibus difficultas oritur ex orthographia. Quae omnia an ex ſententia ſucceſſerint, tuum, Lector benevole, iudicium eſto; immo, quando aliter fieri non poteſt, nec malevolorum refugio; dum ne ante decernant, quàm ab ovo uſque ad mala, ut vetus habet proverbium, & meum propoſitum, & rationem rerum tractandarum cognoverint. Vale Neap. Kal. Nov. MDCCXXVII.



T. LI.

T. LIVII PATAVINI DE BACCHANALIBUS VERBA

Ex Decadis IV. libro IX.



Nſequens annus Sp. Postumium Albinum, & Q. Marcium Philippum Coſſ. ab exercitu, bellorumque & provinciarum cura ad iſtaſtinac conjurationis vindictam avertit: & inferius: Coſſ. ambobus quaefſtio de clandestinis conjurationibus decreta eſt. GRAECUS ignobilis in Etruriam primùm venit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumque cultum nobis eruditiffima omnium gens invexit: ſacrificulus, & vates: nec is qui aperta religione propalam, & quaefſtum, & diſciplinam profitendo, animos errore * imbueret, ſed occultorum antiſtes ſacrorum. Initia erant, quae primò paucis tradita ſunt; deinde vulgari coepta per viros mulieresque: ADDITAE voluptates religioni vini, & epularum, quod plurium animi illicerentur. quum vinum animos, & nox, & miſti feminis mares, ætatis tenerae majoribus, discrimen omne pudoris extinxiffent; corruptelae primùm omnis generis fieri coeptae; quum ad id quiſque, quo naturà prioris libidinis eſſet, paratam voluptatem haberet. Nec unum genus noxae, ſupra promiſcua ingenuorum ſeminarumque erant; ſed falſi teſtes, falſa ſigna, teſtimoniaque, & indicia ex eadem officina exibant.

ve-

(*) alii legunt *horreo*, ſed *perpetuum*.

Venena indidem, intestinaeque caedes. ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent. multa dolo, pleraque per vim audebantur. Occulebat vim, quod ~~III~~ PRAE ululatus, tympanorumque, & cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra & caedes exaudiri poterat. Hujus mali labes ex Etruria Romam, veluti contagione morbi, penetravit. primò urbis magnitudo capaxior, patientiorque talium malorum ea celavit. tandem indicium hoc maxime modo ad Postumium Consulem pervenit. P. Aebutius, cujus pater publico equo stipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, sub tutela Duroniae matris, & vitrici T. Sempronii Rutili educatus fuerat. & mater dedita viro erat: & vitricus, quia tutelam ita gesserat, ut rationem reddere non posset, aut tolli pupillum, aut obnoxium sibi vinculo aliquo fieri cupiebat. via una corruptelae Bacchanalia erant. Mater adolescentulum appellat, se pro aegrotò voyisse, ubi primùm convaluisset, Bacchis eum se initiaturam. damnatam voti Desim benigne exsolvere id velle. X. dierum castimonià opus esse. decimo die coenatum, deinde pure lautum in sacrum deducturam. ~~IV~~ SEORTUM nobile libertina Hispala Fecenia, non digna quaestu, cui ancillula afflueverat, etiam postquam manumissa erat, eodem se genere tuebatur. huic consuetudo juxta vicinitatem cum Aebutio fuit, minime adolescentis aut rei, aut famae damnosa. ultro enim amatus, appetitusque erat; & maligne omnia praebentibus suis, meretriculae munificentia sustinebatur. quin eò processerat, consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis, & praetore petito, quum testamentum faceret, unum Aebutium institueret heredem. Haec amoris pignora quum essent, nec quicquam

quam secretum alter ab altero haberent, per jocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset. Religionis se causà, ut voto pro valetudine sua facto liberetur, Bacchis initiari velle. Id ubi mulier audivit, perturbata, Dii meliora, inquit. mori & sibi, & illi satius esse, quàm id faceret. & in caput eorum detestari minas, periculaque, qui id fuassent. Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam adolescens, parcere execrationibus jubet; matrem id sibi, assentiente vitrico, imperasse. Vitricus ergo, inquit, tuus (matrem enim insimulare forsitan fas non sit) pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat? Eo magis mirabundo, quaerentique quid rei esset, ~~III~~ PACEM veniamque precata Deorum Dearumque, si coacta caritate ejus, silenda enuntiasset; ancillam se ait, dominae comitem, id sacrarium intrasse, liberam nunquam eò accessisse: scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse; & jam biennio constare neminem initiatum ibi majorem annis XX. Ut quisque introductus sit, velut victimam tradi sacerdotibus. eos deducere in locum, qui circumsonet ululatus, cantusque symphoniae, & cymbalorum, & tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit. Orare deinde atque obsecrare, ut eam rem quocunque discuteret modo, nec se eò praecipitaret, ubi omnia infanda patienda primùm, deinde facienda essent. neque ante dimisit eum, quàm fidem dedit adolescens, ab his sacris se temperaturum. Posteaquam domum venit, & mater mentionem intulit, quid eo die, quid deinceps ceteris, quae ad sacra pertinerent, faciendum esset, negat eorum se quicquam facturum, nec initiari sibi in animo esse. Aderat sermoni vitricus. Confestim mulier

lier exclamat: Hispalae concubitu carere eum decem noctes non posse. illius excetrae delinimentis & venenis imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec Deorum vecundiam habere; jurgantes hinc mater, hinc vitricus cum quatuor cum servis domo exegerunt. Adolefcens inde ad Aebutiam se amitam contulit, causamque ei, cur esset à matre ejectus, narravit; deinde ex auctoritate ejus postero die ad Cos. Postumium, arbitris remotis, rem detulit. Consul, post diem tertium ad se jussum redire, dimisit. Ipse Sulpiciam, gravem feminam, socrum suam percunctatus est, eam quam anum Aebutiam ex Aventino nosset: quum ea nosse probam, & antiqui moris feminam respondisset; opus esse sibi eam conventam dixit; mitteret nuntium ad eam ut veniret. Aebutia accita ad Sulpiciam venit. & Consul paulo post, velut forte intervenisset, sermonem de Aebutio fratris ejus filio infert. Lacrymae mulieri obortae, & miserari casum adoloseentis coepit, qui spoliatus fortunis à quibus minimè oporteret, apud se tunc esset, ejectus à matre, quod probus adolefcens (Dii propitii essent) obsecrois, ut fama esset, sacris initiari noller. Satis de Aebutio exploratum ratus Consul, non vanum auctorem esse, dimissa Aebutia, socrum rogat ut Hispalam indidem ex Aventino libertinam, non ignotam viciniae, arcesceret ad sese: eam quoque esse, quae percunctari vellet. Ad ejus nuntium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem & gravem feminam ignara causae arcesceretur; posteaquam lietores in vestibulo, turbamque consularem, & Consulem ipsum conspexit, prope exanimata est. In interiorem partem aedium abductam, focru adhibita, Consul, si vera dicere inducere in animum posset, negat perturbari debere: fidem vel à Sulpicia, tali femina, vel

ab

ab se acciperet: ~~sed~~ EXPROMERET sibi quae in luco Similae Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. Hoc ubi audivit, tantus pavor tremorque omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiscere non posset. tandem confirmata, puellam admodum se ancillam initiatam cum domina ait. aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil quid ibi fiat, scire. Jam idipsum Consul laudare, quod initiatam se non inficiaretur. Sed & cetera eadem fide expromeret. Neganti ultra quicquam scire, non eandem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti veniam aut gratiam fore. eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset. Mulier haud dubie, id quod erat, Aebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciae procidit; & eam primò orare coepit, ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem, non seriam modò, sed capitalem etiam verti vellet. Se terrendi ejus causa, non quod sciret quicquam, ea locutam esse. Hic Postumius accensus irà, tum quoque, ait, eam cum Aebutio se amatore cavillari credere, non in domo gravissimae feminae, & cum Consule loqui. & Sulpicia attollere paventem, simul illam adhortari, simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum incusata perfidia Aebutii, qui optimi in eo ipso meriti talem gratiam retulisset; magnum sibi metum Deorum, quorum occulta initia enunciaret, majorem multò dixit hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi essent. Itaque hoc se Sulpiciam, hoc Consulem orare, ut se extra Italiam aliquid amarent, ubi reliquum vitae degere tutò posset. Bono animo esse jubere eam Consul, & sibi curae fore dicere, ut Romae tutò habitaret. ~~sed~~ Tum Hispala originem sacrorum expromit. Primò sacrarium id seminarum fuisse, nec quemquam virum ed admit-

B

ti

ti solitum. tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes invicem matronas creare solitas. ¶ PACULLAM Miniam Campanam sacerdotem omnia tanquam Deum monitu immutasse. nam & viros eam primum suos filios initiasse, Minium, & Herennium Cerrinios, & nocturnum sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. ex quo in promiscuo sacra sint, & permitti viri feminis, & noctis licentia accesserit, nihil ibi ¶ facinoris, nihil flagitii praetermissum. ¶ PLURA virorum inter sese, quam feminarum esse stupra. Si qui minus patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari: nihil nefas ducere. ¶ HANC summam inter eos religionem esse. viros velut mente capta cum jactatione fantastica corporis vaticinari, ¶ MATRONAS Baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tyberim, demissasque in aquam faces, quia vivum sulphur cum calce insit, integrâ flammâ efferre. Raptos à Diis homines dici, quos machinae il ligatos ex conspectu in abditos specus abripiant. eos esse qui aut conjurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum esse: in his nobiles quosdam viros, feminasque. Biennio proximo institutum esse, ne quis major XX. annis initiaretur. Captari aetates & erroris, & stupri patientes. Peracto indicio, advoluta rursus genibus, preces easdem, ut se ablegaret, repetivit. Consul rogat socrum, ut aliquam partem aedium vacuum faceret, quod Hispala immigraret. Coenaculum super aedes datum est, scalis ferentibus in publicum obsecratis, aditu in aedes verso. res omnes Feceniae extemplo translatae, & familia arcessita

sita. & Aebutius migrare ad Consulis clientem justus. ¶ Ita quum indices ambo in potestate essent, rem ad Senatum Postumius deferret. Omnibus ordine expositis, quae delata primò, quae deinde ab se inquisita forent, patres pavor ingens cepit; quum publico nomine, ne quid eae conjurationes coetusque nocturni fraudis occultae, aut periculi importarent; tum privatim suorum quisque vicem, ne quis affinis ei noxae esset. ¶ CENSUIT autem Senatus, gratias Consuli agendas, quod eam rem, & cum singulari cura, & sine ullo tumultu investigasset. ¶ QUAESTIONEM deinde de Bacchanalibus sacrisque nocturnis extra ordinem Consulibus mandat. Indicibus Aebutio, ac Feceniae ne fraudi ea res sit, curare, & alios ¶ INDICES praemiis invitare jubet. Sacerdotes eorum sacrorum, seu viri, seu feminae essent, non Romae modò, sed per omnia fora, & conciliabula conquiri, ut in Consulum potestate essent. Edici praeterea in urbe Roma, & per totam Italiam edicta mitti, *ne quis, qui Bacchis initiatus esset, coisse, aut convenisse causa sacrorum velit, neu quid talis rei divinae fecisset.* ¶ ANTE omnia ut quaestio de his habeatur, qui coierint, conjuraverintve, quò stuprum, flagitiumve inferretur. Haec Senatus decrevit. ¶ CONSULES Aedilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quaestionem fervarent. ¶ AEDILES plebis videre, ne qua sacra in operto fierent. ¶ TRIUMVIRIS capitalib. mandatum est, ut vigilias disponerent per urbem, servarentque, ne qui nocturni coetus fierent; utque ab incendiis caveretur. ¶ ADIUTORES triumviris quinqueviri uti cis Tyberim suae quisque regionis aedificiis praesent. Ad haec officia dimissis magistratibus ¶ CONSULES in rostra ascenderunt,

- XXII. & concione advocata ~~quum~~ quum solemnè carmen precationis, quod praefari priusquam populum alloquantur magistratus solent, peregrisset Consul, ita coepit. Nulli unquam concioni, Quirites, tam non solum apta, sed etiam necessaria haec solemnìs Deorum precatio fuit, quae vos admoneret; ~~hos~~ hos esse Deos, quos colere, venerari, precarique majores vestri instituisent; non illos qui pravis & externis religionibus captas mentes, velut furialibus stimulis, ad omne saeculus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quid taceam, nec quatenus proloquar, invenio. Si aliquid ignorabitis, ne locum negligentiae dem; si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor. Quidquid dixerò, minus quam pro atrocitate, & magnitudine rei dictum scitote esse. ut ad cavendum satis sit, dabitur opera à nobis. Bacchanalia totà jampridem Italià, & nunc per urbem etiam multis locis esse, non famà modò accepisse vos, sed crepitibus etiam, ululatusque nocturnis, qui perfonant totà urbe certum habeo; ceterum, quae ea res sit, ignorare: alios Deorum aliquem cultum, alios concessum ludum & lasciviam esse, credere; & quaecumque sit, ad paucos pertinere. Quod ad multitudinem eorum attinet, si dixerò multa millia hominum esse, illico necesse est exterreamini; nisi adjunxero, qui, qualesque sint. Primum igitur mulierum magna pars est, & is fons mali hujusce fuit. Deinde simillimi feminis mares stuprati, & constupratores, fanatici vigiles, vino, strepitibus, clamoribusque nocturnis attoniti. ~~Nul-~~ Nul-
XXIV. las adhuc vires conjuratio, ceterum incrementum ingens virium habet, quod in dies plures fiunt. ~~Mai-~~ Mai-
XXV. ores vestri ne vos quidem, nisi quum aut vexillum in arce posito comitiorum causà exercitus editus * esset,

* al. legunt edulles.

esset, aut plebi concilium Tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temerè coire voluerunt; & ubicumque multitudo esset, ibi & legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse. Quales primum nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac virorum esse creditis? Si quibus aetatibus initientur mares sciat, non misereat vos eorum solum, sed etiam pudeat. ~~Hoc~~ Hoc
XXVI. sacramento initiatos juvenes milites faciendos censetis, Quirites? iis, ex obsceno sacrario deductis, arma committenda? hi, cooperti stupris, suis, alienisque, propudicitia conjugum ac liberorum vestrorum ferro decernent? Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent (ipsorum id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentem à fraudibus abstinuissent. Nunquam tantum malum in republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. quidquid his annis libidine, quidquid fraude, quidquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario scitote ortum esse: nec dum omnia, in quae conjuraverunt, edita facinora habent. adhuc privatis noxiis, quia nondum ad remp. opprimendam satis virium est, conjuratio sese impia tenet. crescit & serpit quotidie malum: jam majus est, quam ut capere id privata fortuna possit: ad summam reip. spectat. Nisi praecaveritis*, Quirites, jam huic diurnae, legitime ab consule vocatae, par nocturna concio esse poterit. Nunc illi vos singuli universos concionantes timent ~~iam~~ iam, ubi vos dilapsi domos &
XXVII. in rura vestra eritis, illi coierint, consultabunt de sua salute simul, ac vestra perniciem. tum singulis vobis universi timendi erunt. Optare igitur unusquisque vestrum debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. Si quem

* al. praecaveris.

quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum cum, cum quibus in omne flagitium, & facinus conjuravit, non suum iudicet. Ne quis etiam errore labatur, vestrum quoque non sum securus. XXVIII. NIHIL enim in speciem fallacius est, quam prava religio. Ubi Deorum numen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis divini juris aliquid immistum violemus. XXIX. HAC vos religione innumerabilia decreta pontificum, senatusconsulta, aruspicum denique responsa liberant. Quoties hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent? sacrificulos, vatesque foro, circo, urbe prohiberent? Vaticanos libros conquirerent, comburerentque: XXX. OMNEM disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano abolerent? Judicabant enim prudentissimi viri omnis divini humanique juris, nihil aequae dissolvendae religionis esse, quam ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Haec vobis praedicenda ratus sum, ne qua superstitio agitare animos vestros, quum *demolientes nos Bacchanalia*, discutientes nefarios coetus cerneretis. Omnia Diis propitiis, volentibusque ea facimus. qui, quia suum numen sceleribus, libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt; nec pat fieri, ut impunita essent, sed ut vindicarentur, & opprimerentur, voluerunt. Senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi, collegaeque meo mandavit; nos quae ipsis nobis agenda sunt impigre exequemur: vigiliarum nocturnarum curam per urbem minoribus magistratibus mandavimus. Vos quoque aequum est, quae vestra munia sunt, quo quisque loco positus erit, quod imperabitur impigre praestare, XXXI. NE quid fraude noxiorum periri-

riculi, ac tumultus oriatur. Recitari deinde senatusconsulta jusserunt, *indique praemium* proposuerunt; si quis quem ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset. qui nominatus profugisset, diem certam se finituros, ad quam, nisi citatus respondisset, absens damneretur. Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur, ei laxiorem diem daturus, si venire ad causam dicendam vellet. Edixerunt deinde, ne quis quid fugae causa vendidisset, neve emisisset; ne quis reciperet, celaret, ope ul- la juvaret fugientes. Concione dimissa, terror magnus urbe tota fuit; nec moenibus se tantum urbis, aut finibus Romanis continuit; sed passim per totam Italiam literis hospitem de senatusconsulto, & concione, & edicto consulum acceptis, trepidari coeptum est. Multi ea nocte, quae diem insecuta est, quo in concione res palam facta est, custodiis circa portas positis, fugientes à Triumviris comprehensi, & reducti sunt; multorum nomina delata; quidam ex iis viri, feminaeque mortem sibi consciverunt. Conjurasse supra VII millia virorum ac mulierum dicebantur. XXXII. CAPITA autem conjurationis constabat esse, M. & L. Catinius de plebe Romana, & Faliscum L. Opternium, & Minium Cerrinium Campanum. ab his omnia facinora, & flagitia orta; eos maximos sacerdotes, conditoresque ejus sacri esse. data opera est, ut primo quoque tempore comprehenderentur. XXXIII. ADDUCTI ad Coss., fassique de se nullam moram iudicio fecerunt. Ceterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut quia XXXIV. MULTIS actiones, & res peribant, cogerentur praetores T. Maenius & M. Licinius per Senatum res in diem tricesimum differre, donec quaestiones à Coss. perficerentur. Eadem solitudo, quia Romae non respondebant, nec inveniebantur, quorum

rum nomina delata erant, coëgit Consules circa fora proficisci, ibique quaerere, & judicia exercere. Qui tantum initiati erant, & ex carmine sacro, praecunte verba sacerdote, preces fecerant, in quibus nefanda conjuratio in omne facinus ac libidinem continebatur; nec earum rerum ullam, in quas iurejurando obligati erant, in se, aut alios admiserant, eos in vinculis relinquebant. qui stupris, aut caedibus violati erant, qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati, eos capitali poena afficiebant. plures necati, quam in vincula coniecti sunt. magna vis in utraque causa virorum mulierumque fuit. XXXV. MULIERES damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicii exactor, in XXXVI. publico animadvertebatur. XXXVII. DATUM deinde Coss. negotium est, ut omnia Bacchanalia, Romae primum, deinde per totam Italiam diruerent: extra quam si qua ibi vetusta ara, aut signum consecratum esset. in reliquum deinde SCTo cautum est, ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent. si quis tale sacrum solempne & necessarium duceret, nec sine religione & piaculo se id omittere posset, apud Praetorem urbanum profiteretur; Praetor Senatum consuleret. Si ei permissum esset, XXXVIII. QUUM in Senatu centum non minus essent, ita id sacrum faceret, *dum ne plus quinque sacrificio interessent*; neu qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset. XXXVIII. Aliud deinde huic conjunctum, referente Q. Martio Cos., S. C. factum est, ut de iis, quos pro indicibus Coss. habuissent, integra res ad Senatum referretur, quum Sp. Postumius quaestionibus perfectis Romam redisset. Minium Cerrinium Cam-

pa-

panum Ardeam in vincula mittendum, censuerunt; magistratibusque Ardeatium praedicendum, ut intensiore eum custodia asservarent, non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendae locum haberet. Sp. Postumius aliquanto post Romam venit. eo referente de P. Aebutii, & Hispalae Feceniae praemio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, S. C. factum est, ut singulis his centena millia aeris Quaestores urbani ex aerario darent: XXXIX. UTIQUE Cos. cum Tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita stipendia essent, ne invitus militaret, neve Censor ei equum publicum assignaret: XL. UTIQUE Feceniae Hispalae datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset: XLI. UTIQUE ei ingenuo nubere liceret; neu quid ei, qui eam duxisset, ob id fraudi, ignominiaeve esset. utique Consules, Praetoresque, qui nunc essent, quive postea futuri essent, curarent ne quid ei mulieri injuriae fieret, utique tutum esset. Id Senatum velle, & aequum censere ut ita fieret. Ea omnia lata ad plebem, factaque sunt ex SCTo, & de ceterorum indicum impunitate, praemiisque Consulibus permissum est.

C

SE-

SENATUSCONSULTI DE BACCHANALIBUS

EX T. LIVII VERBIS EXPLICATIO.



CONSULIBUS Sp. Postumio Albino, Q. Marcio Philippo, Anno Urbis dLXVII, ante Christum natum cLXXVI, quaestio à Senatu mandata est de Bacchanalibus, & clandestinis conjurationibus, sacrisque nocturnis, quae tunc primum Romae non incoepit, sed detecta sunt. Jamdiu enim ea GRAECUS quidam, adeo IGNOBILIS, ut ejus nomen à Livio fuerit ignoratum, in Etruriam invexerat; unde Romam. Suspiciabar aliquando, hominem ex Magna nostra Graecia originem duxisse; ut ibi potissimum publice figendum fuerit Senatusconsultum, unde prima fluxerat mali contagio. Sed quò minus huic sententiae acquiescam, vetat *Clementi Alexandrino* (a), qui disertè inquit: Καθεύδεις ὁ τῶν Κορύμβων καλῶντος, & πλάττειν Καθάρσιον κατὰ σιδήρεον· αὐτὸν γὰρ εἴ τινα τοὺς ἀδελφοὺς τῶν καὶ τῶν ἱεροδιδασκάλων, οὗτοι τὸ Διονύσιον αἰδομένους ἐκείνους τοὺς Πυθίους καὶ Κόρυμβους. Cabeiros autem dum Corybantas appellant, mortem quoque Cubiricam annuntiant. Hi enim duo fratricidae quam eistam sustulissent, in qua repositum erat pudendum Dionysi, eam vexerunt in Etruriam. A Graecis igitur transmarinis, sive Lydis, sive Phrygibus Corybantibus foedissimae superstitionis initium.

Quid si Etruriam Campaniam nostram intelligamus, ab Oecis habitatam, origine Tyrrhenis, neque admodum à Magna Graecia distitam? Polybius enim (b) memoriae prodidit, à Tyrrhenis (qui Tusci, & Etrusci à Romanis nuncupati sunt) campos circa Nola, & Capuam, Phlegraeos dictos, quondam possessos esse. Nola ipsam, & Capuam à Tuscis conditas tradit Velleius (c). Puteolos quoque Tyrrhenorum civitatem vocari à Pausania, inquit Theodorus Ryckius (d): sed nihil aliud in Pausaniae *Messeniensis* invenio, circa finem, quam Puteolanos esse maris Tyrrheni accolae, quod nemo negaverit. Quò minus tamen sub Tyrrhenorum ditone eos fuisse affirmem, facit Dionysius, qui scribit (e), Etruscos, qui circa Ionium sinum habitabant, à Gallis expulso, Olympiade sexagesimaquarta, Cumas, Graecam urbem in Opicis, irritò conatu evertere aggressos: suppetias enim cognatis Etruscis opportunè tulissent proximi Cumis Puteolani: quod scribere historicus non omisisset.

Praeterea fuere Lacones origine Phoenices, & Hebraeorum cognati, ut peculiari Dissertatione ostendit *Stephanus Morinus*, & ex libris Machabaeorum satis constat (g). Phoenices verò inter praecipuos Bacchi &

C 2

Ce

(a) in praenotio pag. 11. (b) lib. II. (c) lib. I. cap. VII. Plinius in *de vitibus*, lib. V. (d) *de vitibus*, lib. V. (e) lib. VII. (f) Quilquid contra dicat Jan. Partheus ad lib. III. *Clitae*, de rebus Profer. citatus à Dempstero lib. IV. *Etruriae Reg. cap. CII.*, nam mihi non est ad manus. (g) lib. I. cap. XII.

λαῖοι, & in fine μὲν Ἰδὴ Σκαυλάτης Scyllium mont Cretas. qui acco-
lant Scylli. Scyllias enim Juppiter ibi cohitur : ubi ajunt Curetas
cum Corybantibus Jovem deposuisse. Separantur etiam ab Ovidio (a).

Pari clypeo sudibus, galeas pari tondit inanes
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus (a).

Sed apertius Lucianus ἀπὸ ὀρχήστου : ἀρχὴν δὲ παρὰ Πάριον ἱερὸν τῶν
παιδῶν, ἐν Φρυγίᾳ μὲν τὸς Κορυβάντας, ἐν Κρήτῃ δὲ, τὸς Κυρήνας ὀρχήσασθαι
κελεύεται. & ὅτι τὰ μύητα ὡς τὸ τῶν παιδῶν αὐτῶν. οἱ γὰρ ἀπὸ Κορυβάντων, δι-
σώζοντο αὐτῇ τῷ Διῳ, ὅτε ἐς τὰς τῶν αἰώνων ἀπὸ τοῦ Ζεὺς ὀρχήσαντι quodammodo
αὐτοῖς, ἐμφανῶς ὡς τῶν αὐτῶν ὀρχήσαντι τοῖς παλαιοῖς ὁδόντας, ἐν ὁδοῖς δὲ
αὐτῶν ἡ ὀρχήσις ἦν, τὰ ἑλόν μεταξὺ προπομπῶν ἀπὸ τοῦ ἰατρῆος, & πρὸς
δῶνται ἐν δὲ τῇ, & πρὸς αὐτοῖς. Primum autem dicunt, Rheam, hac arte
delectatam, in Phrygia quidem Corybantas, in Creta vero Curetas sal-
tare jussisse. Neque parum arti eorum illi profuit: quippe circumfultan-
tes servarunt illi Jovem, ita ut ipsi mercedem salutis debere se Juppi-
teri confiteatur; siquidem per saltationem illorum paternos dentes effu-
git. Saltabant autem armati, & gladios ad seuta collidebant interim,
& furibundum, bellicumque quiddam sollebant. Hinc Curetes chorus
Matris Deum audiunt apud Aristidem (b): Καὶ τὸς Κυρήνας χορὸς ἀπὸ
τῶν τοῦ Διὸς μύητα. Magis separantur à Tzetze in Lycophronem: ἐν
τῇ Κυρήνας Δαυίδος ἡμῶν Κυρήνας & Ἀπὸδῶντος παῖδες, οἱ δὲ Κορυ-
βάντες Οὐρανίας & Ἀπὸδῶντος. Quantum igitur distat Phrygia à Creta in-
sula, quantum filii Danaë à Thaliae filiis, tantum Corybantes à Cure-
tibz distant.

Ex Pausania nihil certi eruas: vult enim videri sacris Cereris ini-
tiatus, & loquitur per ambages, parum cetera sibi constans, veluti re-
ligione, immo magis pudore impeditus: & forte ab Atheniensibus mo-
tuebatur, qui Diagoram impietatis damnaverant, quod Eleusinia, & Ca-
birore mysteria publicasset, teste Athenagora (c). Cabiros tamen
homines fuisse, non obscure innuit in Boeoticis: Qui verò sint Cabiri
(inquit) & quo ritu ipsi, & Magnae Matri sacra fiant, reticenti mihi
ab iis hominibus, quos haec audiendi studium tenet, esto venia. Haec
unum me nulla prohibet religio vel in vobis efferre, tale fuisse sa-
cerorum initium, cuiusmodi à Thebanis traditur. Civitatem enim quon-
dam in hoc loco, & homines fuisse memorant, qui Cabiri sunt nomi-
nati. Eorum uni Prometheo, cuiusque sitio Aetneo, hospitibus suis, Cererem
deposuit, nescio quid commississe. Quidquid enim illud fuerit, & quid in
eo re fieri contigerit, literis mandare fas mihi non duxi. Initia certe
fuerit Cabireis Cereris donum. Quo tempore autem Argivorum exerci-
tus, qui sunt Epigoni, idest posteri voco Graecà appellati, Thebas ex-
pugnarunt, eiecitque sedibus suis Cabireis, intermissa per aliquod tempus
initia fuerunt; donec Pelarge, Potnei filia, cum Isthmiade viro suo, my-
steriorum ritum resituit: extra fines tamen, in eum locum qui est Al-
xiarum distans, initia Pelarge transiit. Quam interea Telondes, & qui
reliqui fuerunt de Cabirore gente, in Cabircam terram rediissent; Pe-

(a) IV. Festo. p. 209. 210. (d) Curetis sedentis figuram, cuiuslibet clypeum, dextris (idem gestibus)
ex Helico Caelato datus ad calcem operis. (b) distat, scilicet à Diagoram. (c) de legatione pro Christianis.

Pelarge ipsi ex Dodones responso, & alii sunt honores decreti, & ut
fortè hostia ei fieret, institutum. Cabirore religionem qui violassent,
inexpiabilis sceleris poenam effugere non potuisse, certissimis rerum even-
tibus compertum est. In Phocidis vero, praeter alia, haec habet: Initia
celebrant Amphissensis, quae Anaclum, idest praesidium puerorum ap-
pellatur. Quinam sint Anaclis pueri, variant hominum opiniones. Alii
Castores, Curetes alii qui plus intelligendo se assensum putant, Cabiros
esse censent. Pergamenorum terram esse Cabiris sacram, inquit in At-
tici. In Messeniis verò, esse Messene Curetum aedem, in qua cu-
sulvis generis animalia immolabantur.

Julianus Imp. oratione v. Rheae datos satellites, & custodes, inquit,
Corybantas; quos vocat tria praestantium, secundum Deos, generum
subsistentia principia; inque eorum numerum refert Solem: Κορύβαντες οὖν
ἀπὸ αὐγῆς ἡλίου, ὁ πᾶσι δῶκεν τῇ ματρὶ. Corybas, magnus ille Sol, Deo-
rum matris assessor.

Strabo libro x. (a) Geographiae topiosè, si quisquam alius, de his dis-
serit; utinam dilucide. Curetas, è Phrygia in Cretam missos à Rheae,
didicos putat quasi Jovis curatores, vel quia Jovi ministraverint, vel quia
Jovis κρηροφίας sint operati. Graecos uno vocabulo Deae Phrygiae
ministros, & famulos Curetas appellare, quasi alteros Satyros, & Cory-
bantas. Omnia enim Graecis & Phrygiis esse communia in cultu Li-
beri, & Cereris. Hinc Baccho adfuisse Satyros, quos Curetas nomina-
bant, adolescentes, armifonam quandam cum saltibus agilitatem eden-
tes, proferentisque de Jovis origine fabulam. Scipii sententia eos-
dem esse Curetas, & Corybantas, qui in Matris Deum sacrificiis armati
saltantes, casti, & pueri sunt assumpti: idem appellari Corybantas, quia
Κορύβαντες βαίνοντες, id est cum saltatione incederent. Item Cure-
tas, Aetoliam habitantes, longa muliebri stola indutos, & comta cae-
sarie decoros, in pugna tamen invictos adversus Leonidam fuisse praesi-
tisse. Vero igitur esse simile, armiferam saltationem ab iis inventam: ac
propterea ubicumque hujusmodi saltationi juvenes milites darent ope-
ram, Curetas nuncupatos, uti & tibicines Phrygas χαλκὸν παῖδας ἀερε
σεύσαντες. Quaedam sacrificia tam apud Graecos, quam apud Barbaros
cum assultu Numinis fieri οὐκ ἐκδυνατόν; quaedam sine aliqua adsi-
tatione. Item quaedam cum musica, quaedam sine musica. Itaque cum
assultu, & musica, & choreis fieri Orgia, Bacchanalia, & sacra Liberi,
& Apollinis, & Hecates, & Musarum. Curetas, & Corybantas dici He-
cates ministros apud Stefimbrotum Thasium. Universos in hoc conve-
nire, quod tradant, esse quosdam spiritibus assultos, & Bacchicos, in-
que armorum agitatione tumultuosa, & cum strepitu, & fragore, cymba-
lisque, ac tympanis, atque tibis, vociferationibusque stupefacientes, in-
que ministrorum habitu publica modo quodam sacra facientes. Cereris
quidem antistites esse tediferos; Liberi verò aetstas Silenos, Satyros,
Bacchas, Lenas, Thyas, Mimalionas, Naidas, Nymphas, Tityros.

Praeterea quorundam sententia eosdem esse Curetas, Corybantas,
Cabiros, Idaeos Daetylos, Telchinas; aliorum tamen paululum differe-
re. Daemonas, Deorumque ministros esse Curetas; immo Deos lufiores,
& fal-

(a) p. 472. 473. & 474. Edit. Paris. 1688.

ros nimirum est Ceres, Axiokēsa autem Proserpina, Axiokēros Plu-
to. Quartusque qui additur Caputius est Mercurius, ut narrat Dio-
nysidorus (a). Resdē igitur quidam existimant, nihil aliud in Or-
phicis carminibus significare Samothraciae mysteria, quam frugum in-
ventionem, & feminum foecunditatem. Audiamus de istdem sacris Ma-
crobius (b) Varro (inquit) rerum humanarum II, Dardanum refert
Deos Penates ex Samothracia in Phrygiā, & Aeneam ex Phrygiā in
Italiam detulisse. Qui sunt autem Dii Penates, in libro quidem memo-
rata Varro non exprimit. Sed qui diligentiam erunt veritatem, Pe-
nates esse dixerunt, per quos penitus spiramus &c. Et inf. Castus verō
Hemina dicit, Samothracas Deos, eosdemque Romanorum Penates, pro-
prie dicit Ovis pyridus, Ovis xerōis, Ovis diuatis. Noster haec sciens,
Cum sociis, nateque, Penatibus, & magnis Diis (c).

Sed & idem Varro libro IV, de Lingua Latina haec inquit. Prin-
cipes Dei Caelum, & Terra. Hi Dei iidem, qui in Aegypto Serapis &
Isis, & St. Harpocrates digito significat, qui sunt Taantes, & As-
tarte apud Phoenices ut iidem principes in Latio Saturnus, & Ops. Ter-
ra enim, & Caelum, ut Samothracum initia docent, sunt Dei Magni,
& hi, quos dicit multis nominibus. Nam neque quas Anbracia (Samoth-
racia legit Lipsius, & merito (d)) ante portas statuit duas viriles
species abenas, Dei magni; neque, ut vulgus putat, hi Samothracae
Dii Castor & Pollux: sed hi mas & femina, & hi, quos arguunt li-
bri scriptor habent, sic: DIUIOTES, & sunt pro illis, qui in Sa-
mothracia dūvōi Ooi. Aliter Plutarchus in Camillo: Sant qui sa-
bulemur, Deos ex Samothracia, quum Trojam conderet, attulisse eo
Dardanum, atque sacrasse, sacraque, & ceremonias his instituisse. Ae-
neam inde, capta Troja, clam sublata servasse, dum in Italia confedit.
Qui verō maiorem habere se huius rei notitiam iactant, duo ajunt illis
reposita dolia esse, apertum alterum, atque inane; alterum plenum, &
consignatum; solum utrumque sanctissimarum harum Virginum (i.e.
Vestalium) permissum oculis. Dissentit ab utroque Pausanias in Achai-
cis, Ilio capto (inquit) in divisione praedae, Eurypilo, Evemonis filio, ar-
ca obtigit, in qua inclusum fuerat Liberi patris signum, quod à Vulca-
no fabricatum putabant, dono verō à Jove Dardano datum. De ea arca
duplex sermo proditur. Alii enim ab Aenea, in fugam se conjiciente, re-
lictam; alii à Cassandra dedita operā abjectam dixere; quum sciret illa,
magno Graecorum alioqui, qui eam forte sustulisset, malo saturans.
Accedunt haec aliquantulum ad ea, quae Clemens Alexandrinus tra-
dit, de cista cum Dionysi pudendis in Etruriam à Corybantibus allata,
sed mirum quantum illi recedant à Macrobi & Varronis sententia, qui
Cabiros Deos magnos & Diviotes putant. Non enim Bacchus inter Deos
Magnos, sed inter homines heroes numeratur à Luciano, quos Indige-
tes, & adscriptitios dicebant Latini. Kai idēis (ait ille in Jove Tragoe-
do) ἀδελφὸς ὡς τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστὶν Ἡρακλῆς, & Διὸς Κούρην, & Γανυ-
μήδην, & Ἀσκληπιὸν, ὡς τὸν Ἰσχυρὸν Τηλέφονον. Nec homo quisquam in coe-
lu adept, praeter Herculeum, Bacchum, Ganymedem, Asculapium, ad-
scri-

(a) Nomen haec quatuor Phoenices esse docet Richartus in J. Chanaan cap. XII. (b) Saturn. III, cap. IV.
(c) Prop. III, dicitur. (d) ad I. dicitur, Tarrus.

scriptitios istos. Inter adscriptitios etiam à Tullo, de legibus II. Divos
& ollos qui caelestes semper habiti, colunt; & ollos, quos endo caelo
verita vocaverunt, Herculeum, Liberum, Castorem, Pollucem, Quirin-
um (a). Inter adscriptitios, sed tamen selectos, quos perperam cum
Diis Consentibus confundit Vossius (b), merito taxatus à Sauberto
de sacris. Vet. Inter bonos etiam genios, mediam habentes naturam,
Iidem & Osirim ponit Plutarchus (c). Neque semper inter Deos Ma-
gnos Cabiri apud Graecos veteres. Adponam Eustathii verba ad Diony-
si Periegesin: Σάως Ὀκεαία τίς Κἀβίρων ἄρχη ἰστέ, οἱ & Κορύβαν-
τες ἐκ τῆς οὐρα. Samothracia, ubi Cabirorum sacra, qui & Corybantes.
Item H δὲ λυγροὶ Ὀκεαία ἰστέ τῶν ἑστέ, ἰστέ Κἀβίρων & αὐτῶν, οὐκ
δὲ δαίμονες Κἀβίρων. Est autem Imbrus Thraciae insula, & ipsa Ca-
biris sacra. Nomen daemonibus Cabiri. Nempe quia Vulcani filii sunt
habiti; & quum Lemni, tum Imbri praecipuum studium ass ferraria.
Hinc etiam Cabirorum capita cum malleis cernuntur in nummis The-
salonicensium apud Patinum (d).

Haud mirum igitur si parum in hac re sibi constet inter recentio-
res Henricus Kippingius (e): quod cetera vitium est ei familiare.
Principio enim inter Indigetes, & Semones ponit Cabiros & Curetas;
Herculeum nimirum, Castorem, Pollucem, Asculapium, Quirinum, Ga-
nymedem. Deinde n. VIII, inquit, eos fuisse ex hominum genere, no-
menque ex Hebraeo fonte ipsis inditum, fortitudinem, & robur signifi-
cans; immo & Phoenicum lingua, ut placuit Samueli Bocharto, & Jose-
pho Scaligero (f) Mox tamen affert Venetam Inscriptionem, ubi di-
ferre Cabiri sunt Dioscuri, iidemque Dii Magni (g).

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ	Hoc est Gajus Gaj F.
ΑΧΑΡΝΕΣ ΙΕ	Acharnensis ie-
ΡΕΤΣ ΓΕΝΟΜΕ	cerdos crea-
ΝΟΣ ΘΕΩΝ ΜΕ	tus Deorum ma-
ΓΑΛΩΝ ΔΙΟΣ	gnorum Dios-
ΚΟΡΩΝ ΚΑΒΕΙΡΩΝ	curorum Cabirorum
ΕΝ ΤΩ ΕΠΙ ΔΙΟ	eo qui fuit Dio-
ΝΤΕΙΟΥ ΤΟΤ ΜΕ	nyssi post
ΤΑ ΑΤΚΙΣΚΟΝ ΑΡ	Lyciscum Archon-
ΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥ	tis an-
ΤΩ ΙΔΡΙΣΑΤΟ	no posuit

Quantum verò à Diis Magnis, & Consentibus dissent homines, & semi-
dei heroes, sive Dii adscriptitii, nemo est qui nesciat, vel ipso auctore
Kippingio (b). Neque tanti facere oportet unam, aut alteram Inscr-
iptionem, ut castra Varronis, Romanorum doctissimi, deferantur (i).

D 2

Erant

(a) Philo. Laetantium III, I, cap. XV. (b) De Tiberio, Graec. III, p. (c) de Ista & Ophi. (d) Erant de
veneris de Ista. (e) Nomenclat. Imp. pag. 140, 141. (f) Antiqu. Roman. lib. I, cap. III. (g) Confessum
ad Varron. de LL. pag. 81. & 110. (h) apud Graecos, pag. CCCXIX. (i) lib. I, cap. I. (j) Dioscuri
phoenices, primi, secundo, ac tertio Jove natos, narrat. Tollius III, de veter. Ista.

Dionysum *Ranis* 27. 217. (a) Nummos NTEAEQN, cum raptu Proserpinae, ad Nyfam Cariae pertinere scribit laudatus (b) Spanhemius* quem puerum à Nymphis educatum, Dionysum dixere. Hic fertur primam aetatem choreis, ac thyaïs feminarum, ac omne genus voluptatibus, ludificis indulgisse. Postea, coacto mulierum exercitu, quibus pro hasta thyrsus esset, orbem terrarum victoris peragrassè: ritus & mysteria cum piis tantum communicassè; ludos musicos instituisse; lites gentium diremisse; pacem & concordiam sanxissè. Paucos, qui libidinis causa mulieres circumduci, & stupra ab illo doceri calumniabantur, poenas pro meritis dedisse: quorum nobilissimi perhibentur *Pentheus* Graecus, *Myrbanus* Indorum Rex, & *Lycurgus* Thracius. Hic *Maenadas* noctu invadere, & Bacchum cum universis comitibus trucidare statuerat. Baccho indicium, factum abs *Tharopo* quodam indigena, saluti fuit: clam enim ad exercitum in adversam litorem ipse aufugit, reliquis Maenadibus, quae omnes à Lycurgo caesae sunt. Victus tandem Lycurgus, regno, & vita exquiritis cruciatum generibus exutus est: Tharopo regno donatus, & initiorum ritus, sive orgia edocuit. A Tharopo Oeagrus filius regnum, & mysteria accepit; ab Oeagro Orpheus, qui multa pro suo ingenio, ac eruditione in mysteriis immutavit, quae primus in Graeciam induxit (c). Inde sacra Orphica nomen habuere. Huc facit illud Pomponii Melae de Thracia (d): *Montes interior attollit Haemon, & Rhodope, & Orbelon, sacris Liberi patris, & coetu Maenadum, Orpheo primum initiante, celebratos*. Hinc in nummis Thraciarum coloniarum Bacchus cernitur cum cantharo, hederà coronatus, & cum racemo, ut laudatus Spanhemius adnotavit (e).

Bacchum à *Titanibus* disceptum, & in ollas coniectum commodè refert idem Diodorus ad vinum: nam à terrae cultoribus fit vindemia, & vinum decoquitur; deinde Ceres mater, sive tellus vitem, post vindemiam, & putationem, ad pristinum fertilitatis vigorem reducit. *Bimatem* verò, quod vites primum è terra nascuntur, incrementumque accipiunt; deinde fructum protrudunt, racemosque ad maturitatem perducunt: vel bis è Jove natum dici, quod in Deucalionis diluvio, cum aliis fructibus perissemis exstintatus, denuò postea regerminaverit, *Semele* jam Bacchum dilaniatum, mortuumque resurrexissè, & in caelum ascendissè, nihil aliud esse inquit *Justinus Martyr* dialogo cum *Tryphone* *Judaeo*, nisi imitationem quandam praedictionis Jacobi Patriarchae, à Mose descriptae: sed nihil tale cap. XLIX. Genes. reperio.

A Platone in *Cratylō* Dionysus dicitur διόνυς τὸ δῖον οἴνου dator quasi διδωσκον. ioco quodam cognominatus. Phurnutus de natura *Deorum* (f) ipsum vinum interpretatur Διόνυσος, sive Διόνυκος, quasi aperiat nos; sive διάνυσος, quasi suaviter in nos transeat, jucundeque illabatur; aut διήλυσος literarum conversione a in o, & λ in ν, idest quasi nos solvat παρὰ τὸ λῶν. Ad vinum etiam refert quae de duplici Bacchi ortu in fabulis scripta reperiuntur. Juventam, & senectam Baccho convenire, quod vinum omni aetati sit accommodatum: hircum

(a) Vitis dulcissimum Scholasticum ad vers. 117. (b) Dissert. IV. (c) *Lactantius* lib. I. cap. XXII. (d) *Mela* de situ velle lib. II. cap. 11. (e) *Dissert.* IV. de vitis, & propositis viti. not. (f) cap. XXX.

Baccho immolari, quasi vinearum, & ficum hostem; vel quod ipse Bacchus sit hircus, sive propensus in venerem. Dementia, & furor symbolum esse Satyros, Liberi aescelas, ab oris canino rictu: quod traditum etiam ab Aeliano (a). Σαῦροι quoque vocati sunt Satyri ἀπὸ τῶ ἀσπίδος à saltando, & tripudiando (b); ut Tityri à lascivis procacibusque saltationibus, & Sileni ἀπὸ τῶ πλάνητος, quod conviciis obvios quoque profunderent (c).

Ex Aegyptiorum verò sententia idem Diodorus tradit (d) *Solem*, vel, juxta alios, *Vulcanum*, primum in Aegypto regnasse; alterum Saturnum. Ex Saturno, & Rhea fore natos Osirim, & Isidem, vel ut alii affirmabant, Jovem & Junonem. Ex his natos quinque, *Osirim*, *Isidem*, *Typhonem*, *Apollinem*, & *Venerem*. Osirim esse Bacchum, qui ducta sorore Cerere, sive Iside, inventisque frugibus, effecit, ne se mutuo homines devorarent. Condidit hic in Aegypto Thebas, sive Diospolim, urbem centum portarum. Profecutus cum exercitu, reliquit Isidi consiliarium *Mercurium*; Herculem verò, genere propinquum, armis praefecit. Commilitones habuit liberos, *Anubim*, caninà rectum pelle, *Macedonem* lupinà: quomobrem hae bestiae religiose ab Aegyptiis colebantur. Vovit caesariem alere usque dum rediret. Pana adiecit in itinere socium (e) & in Aethiopia Satyros, ad saltationem, & tripudia proclives (dicuntur hi Bacchi ministri etiam à Luciano (f) οἱ Διόνυσος ὑπάκουον αἱ Σάτυροι). Interemto Lycurgo, Thraciam tyranno, Macedonem Macedoniae Regem dedit, Triptolemo agriculturam in Atticam Regionem demandavit. Desunctum Osirim Isis, & Mercurius divinis honoribus dignaverunt. Ejus interitum sacerdotes olim in arcanis habuere, sed postea in vulgus omnia edita sunt. Nimirum, Osirim, justè in Aegypto regnantem, à Typhone fratre, homine sero ac violento, interfecit, & in XXVI. frustra dissectum esse. Unicuique facinoris socio unum ex iis frustis tributum, ut omnes eodem piaculo incederentur, essentque in Regni defensione Typhoni adiutores. Ea omnia Isidem reperisse, pudendis solummodò demtis; quod nemo sociorum Typhonis ea recipere voluisset, & in fluvium abiecit: quae nihilominus divinis honoribus aescela sunt, & iusti Isidis ceremoniis sacrificiisque mirum in modum culta. Idcirco Graecis, postquam sacrorum Bacchicorum ritus, & orgiorum solemnitates ab Aegyptiis accepere, membrum id in mysteriis, initiationibus, & sacrificiis, *Phalli* Dei nomine honorasse. Diodorum exscriptis fere Eusebii Pamphylī (g).

Plutarchus (h) Isidem à scientia nuncupatam dicit; eique inimicum Typhonem fratrem (cui nomen à fastu) quod fastus, & error adversentur sacrae doctrinae. De Rhea hanc fabulam narrat: eam occultè rem habuisse cum Saturno: Solem tunc imprecatum, ut neque in mense, neque in anno pareret: *Mercurium* quoque, amore captum, cum Rhea coisisset; deinde, victorem in ludo cum Luna, eidem ademisse septuagesimam cujusque diei partem; indeque concessisse quinque dies ad.

(a) *Var. hist.* lib. III. cap. 40. (b) *Phurnutus* cap. 17. (c) *Callimachus* lib. I. c. 10. (d) *lib. I. cap. 11.* (e) *lib. IV. cap. 6. & 17.* (f) *Idem* carit. *Avilides* *avilides* in *Bacchum*. (g) *Lucianus* *lib. II. cap. 11.* (h) *lib. II. Praepar. Evange.* (i) *Plutarchus* de *Iside*, & *Osiride*.

adfectus praeter 360. His natales Deorum festos agi: nam primâ die natus est Osiris, auditaque vox, *natum esse Dominum omnium verum*. Ab hoc, qui Graecis idem ac *Dionysus*, Aegyptios ad meliorem vitae cultum traduci sunt. Secunda die natus est *Arueris*, quem vocant *Apollinem*, & *Horum* nativore (aliis *Seth*), filius Solis. Tertiâ die *Typho*, filius Saturni, natus latere istu perrupto. Quartâ Isis in Panygris, filia Mercurii (vel Promethei) quae nupsit Osiridi, sive Libero. Aegyptii ex his natum asserbant *Horum* seniore, Graeci *Apollinem*. Quinta die *Nephtys*, quae & *Finis*, *Venus*, *Victoria*, Saturni iudem filia, quae nupsit fratri Typhoni. Idem exponi, idem Plutarchus perhibet, terram Nilò fecundatam; sed, juxta Antimachum Euboeensem, & Heraclidem Ponticum, Idem quidem esse Proserpinam, Serapim verò Plutonem. Osirim, secundum quosdam, esse Dionysum, adoptatum à Jove, quod ei suppetias tulisset adversus *Apopin*, Solis fratrem: cum Nephty, Typhonis uxore, per errorem coisset; indeque natum *Anubim*, à matre expositum metu mariti, ab Iside tamen repertum, canibus indagantibus, ac educatum; unde *canino capite* fingitur, & custos Deorum, ut sunt canes hominum: Aegyptios Idem exponere quod supra terram, Nephtym quod infra, Anubim horizontem, & veluti Graecorum Hecatem, numen terrestre simul & caeleste. (Diodorus tamen (a) ait, *Anubim* canino capite fingi, quod canis usui sit venationi, & custodiae, ut fuit Anubis Isidi, & Osiridi; vel quod canes duces fuissent Isidi, Osirim investiganti). Praeterea Typhonem, propter Isidis continentiam, nihil fuisse ausum absente Osiride; verum ei redeunti insidias throxisse, adfectis in societatem scelerosis lxxii. viris, & conatum adjuvante Asone, Regina Aethiopiae. Nam corpus Osiridis clam metitus, ad ejus magnitudinem arcam organissimam apparavit: instructio deinde convivio, arcam convivarum oculis subiecit, eique pollicitus est se daturum, qui inclusus quantitas arcae adaequaret. Quum igitur omnes prae desiderio periculum fecissent, soli Osiridi arca quadravit. Tum conjurati operculum externè clavis, interne liquido plumbo obfirmarunt, ad Nilum detulerunt, & in mare per Taniticum ostium demiserunt. Re comperta, Isis cinctorum unum eo loci depositum, vestemque sumit lugubrem, ubi urbs condita est, *Coptos* dicta à privatione. Postquam reseravit, arcam ad Byblum pervenisse, ibi se contulit, & ad fontem lacrymans sedit; ancillaeque Reginae allocuta, in eorum crines odorem ambrosiae spiravit. Accita igitur, & puerulo nutrix data, quem Rex *Makander* ex *Astarte* Regina suscepit (aliis dicta *Sagis*, *Nemanum*, vel *Minervia*) digitum ei pro mamma in os inebat, noctu mortales corporis partes amburebat. Tandem arcam recuperavit, camque, profectura ad Horum filium videntem, extra conspectum hominum deposuit. Interea Typho, quum ad Lunam venaretur, incidit forte in arcam, & agnitum cadaver in xiv. partes disiecit (quod eo pertinere arbitrabantur Aegyptii, quod totidem diebus à plenilunio deficit Luna, cujus natura per Osirim repraesentatur) quapropter revera Isis paludes papyraceo lembo pernavigavit, frustra conquisivit, & reperit; praeter solum

(a) Diodor. lib. I. cap. 37.

penem, qui à *sguano*, *phagro*, & *oxyracho* piscibus erosus fuerat. Itaque ejus loco ligneum *phallum* consecravimus, quo deinceps in sacris usi sunt Aegyptii. Haec habet Diodorus. Alii narrant, Typhonem ab Horo bello captum, ab Iside solum ac missum fuisse; quamobrem regio eam ornatu spoliavit Horus, indigneque habuit; contra Mercurius palea ex bovis capite exornavit. Sed apud Lucianum legas, cornua Isidis capiti affingi, quod eadem sit Io, iussu Jovis à Mercurio in Aegyptum abducta (a). Et ex his satis intelligimus, qui fuerint Corybantes fratricidae, & quae mors Cabirica, de quibus allato Clementis Alexandrini loco.

Est etiam in fabulis, Isidem cum Osiride jam mortuo coisse; indeque natum *Harpocratem* exterricinium, & membris inferioribus debilem; sed praesidem, & correctorem recentis, & imperfectae hominum de Diis sententiae. Itaque digitum ori impositum tenere, argumentum taciturnitatis, & silentii. Mense *Mejore* offerentes ei legumina dicebant: *lingua est fortuna, lingua Genius* (b).

Ad significandum Isidis luctum, quum alios tetricos ritus ejus sacerdotem exercebant, tum bovem auratum (*Apim*, animatum *Osiridis* imaginem) post solstitium, quum nox incipit fieri longior, nigro byssino amictu per quadratum continuum ostentabant. A xvii. mensis die quatuor lugebantur. I. *Nilus decrescens*. II. *Septentrionales* flatus ab Austris extingui. III. *Diem fieri nocte minorem*. IV. quod à *stirpibus folia deciderent*, & facies terrae nudaretur. Nonâ mensis die ad mare descendebant cum *sacra cista*, in qua erat *aurea arcula*. In hanc aquam potabilem infundebant, & clamor ab adstantibus tollebatur, quod Osiris esset inventus. Exinde tellurem frugiferam aqua permiscabant; additisque aromatibus, & sumtuosis suffimentis, luniformem imagunculam effingebant, amiciebant, & ornabant, significantes Deos hocce ab ipsis haberi *naturam terrae, & aquae* (c).

Osirim, *Liberum*, *Hammonem*, *Apollinem*, *Solem*, unum idemque esse Numen, contendit Macrobius (d). Apollinem dici quum est in hemisphaerio diurno, Liberum quum in nocturno: & forte in eorum fuit sententia, qui *Liberum* putarunt esse *Siculum* nomen πύλον, idem quod *exonion*, & filium *noctis* & *Erebi* (e). Sic Venerem dici Lunam quum supera, Proserpinam quum infera. Sane Liberi simulacra partim puerili aetate fingebantur, partim juvenili: unde Tibullus libro 1. *lleg.* 3.

*Solis aeterna est Phoebo, Bacchoque jacentar,
Nam decet intonsus crinis utrumque Deum.*

Et Ovid. *Metam.* libro IV. v. 17.

*— ribi enim inconsumenta jacentas,
Tu puer aeternus, tu formosissimus —*

Et 1. de arte vers. 289.

E

Nunc

(a) Hist. Josh. & Mos. (b) Plutarchus de Iside & Osiride. (c) Idem Plutarchus de Iside, & Osiride. (d) Ales 1. Saturnal. cap. XVIII. Vile videntem cap. XX. & XXI. & Olympe. ad Dionys. vult. de Cerere. (e) Hesiod. in Corporeis Illustis pag. 4. Sed Hebraei esse vocem, docet Bochartus. Geograph. Sacra. part. II. cap. XXVIII.

lum respondisse: Attim sepeliendum, & Cybelem pro Dea coli oportere: sed quum nihil de cadavere reliquum esset, Phryges, confecto adolescentis simulacro, quod ululatu, gemitibus, aliisque ad funus accommodatis prosequuti sunt, furias mitigasse, Cybelemque, adjuvante rege Mida, divinis honoribus cumulasse; simulacroque Deae pardales, ac leones adjunxisse, quod ab his enutrita putabatur. Haec, ex Phrygum, Atlantique Oceani accolis, Diodorus.

Idcirco leonibus insidentem Cybelem inducit Sophocles (a) λεόντων τρωχολήνων ἐπὶ δρόρον. Valerius Flaccus (b).

Adfuetum Phrygiae dominam vestire per urbes,
Oppressit jaculo redeuntem ad frenula leonem.

Passim veteres nummi eam exhibent curru à leonibus vestam, vel sedentem inter duos leones, vel cum leone ad pedes. Leonum quadrigā vehitur Sabina Augusta in nummo maximi moduli, cujus in adversa area Hadrianus, apud Vaillantium (c). Idem Faustinae senioris habet nummum, cum Epigrapha: MATRI DEVM SALVTARI; & Faustinae junioris cum appellatione MATRIS MAGNAE.

In nummis Cyzicenorum, in honorem ejusdem Faustinae junioris cuspis, cernuntur dracones alati ad Ceresis tediāe currum juncti: quod fertilis glebae sunt symbolum. Frequenter id occurrit in nummis, & ad fabulam Triptolemi spectat, de qua Ovidius (d).

geminis Dea fertilis angues
Curribus admovit, frenisque coëruit ora:
Et medium caeli, terraeque per aëra velsa est:
Atque levem currum Tritonida misit in arcem
Triptolemo; partemque rudi data semina jussit
Spargere humo

Vulgo creditum est, Adonim ab apro fuisse extinctum, ut ex Pausania diximus; ideoque à Venere (quae modò Ceres, modò Libera dicta est (e)) quotannis lugebatur. Bion Epitaphio Adonidis in fine.

Ἀγνε γῶν, Κυβέλη, πῶς μερον ἴσχετο χύμον
Δὲ σε πάλιν κλαύσαι, πάλιν εἰς ἐὸς ἄνθο δακρυόσαι,
Parce Venus lacrymis. festis lux ista negetur,
Post flebis, laculique novam renovabis in annum.

Atque in rei memoriam (inquit Lucianus (f)) singulis annis mulieres Bybli verberantur, & lamentantur, ritusque sacros peragunt, magnique lacus per regionem ipsi indicantur. Et postquam verberandi & plorandi finis factus est, primum quidem Adonidi tanquam defuncto inferias agunt. Postea vero altero die cum vivere fabulantur, & in aërem mitunt, & capita detondent, ut Aegyptii quum mortuus est Apis.

Quae-

(a) In Philoctete vers. 400, 401. Et vers. Lucian. de Dra. Syrie. (b) Argonaut. lib. III. v. 31. — 34. (c) In nummo Maximi de Campis. (d) Metam. X. vers. 442. — 447. (e) Argum. de Cybele. lib. VII. (f) De Dra. Syrie.

Quaecumque autem mulieres tenderi nolunt, talem poenam exolvunt. Dicit unum ad quaestum corpore faciendum prostant. Forum autem illi soli peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Idem ait, caput papyraceum quotannis ex Aegypto ope ventorum Byblum deferri, septem diebus, quantum spatii ex illa in hanc est, enatis: insuper fluvium quandam, cui nomen Aegypti ex Libano monte in mare deferri, & quotannis cruore infici, tempestive lugendi Byblicis indicare: & vulgò dici, Adonim hisce diebus in Libano fauciari, unde in aquam delatus sanguis fluvii colorem mutet: revera tamen non sanguinem esse, sed Libani terram admodum flavam, quam, minio similimam, venti vehementes diebus illis exorientes in fluvium deferunt. Alii tradunt, non caput papyraceum, sed epistolam ab Alexandrinis, postquam festum Ἀδωνιού celebratum esset, junco illigatam, quotannis mari committi solitam, quae Byblum deferebatur, inventumque Adonim nuntiabat. Expectasse illam mulieres forte electas, quae ululatum, Adone reperto, vertebant in lacticium (a). Contra Byblio nonnulli dicebant, apud se humatum Osirim Aegyptium, iustisque, & ritus non Adonidi, sed Osiridi omnes fieri: quia is est τὸν Ἀδών ἐστι τὸν Ὀσίρι πᾶντα περὶ τὸν (b). Ex eorum igitur sententia alius fuit Osiris, alius Adonis. Neque aliter Plutarchus loco superius allato. Sic Theophilus Patriarcha Antiochenus ad Autolycum libro I., ubi initiationes Osiridi quotannis fieri scribit: ὅτι κατ' ἐτος γίνονται πάλαι ἐν Σαλαμίνῃ, & Ἀλεξανδρίῃ, & ἑτέροις τοῖς μέγεθος (ἡτοιμασμένοι ἐν τῷ αἰσθητικῷ) ἡσυχάζουσιν, ἐν αἷματι δὲ λείαντες. τὴν δὲ τοῖς λείαντες Ἀπὸ τῶν δακρυόληντων; &c. In hujus honorem quotannis initiationes fiunt, ne qui perierit, & iterum inveniat, dum cantu quaeritur. Nec an interierit intelligitur, nec si inveniat ostenditur. Quid dicam Attim castratum? His consona habet Lactantius (c): Vidui Aegyptia sacra sunt, quatenus filium parvulum vel perdidit, vel invenit. Nam primò sacerdotes ejus diglabrato corpore sua peiora tundunt, lamentantur, sicut ipsa, quum perdidit, fuerat. Deinde puer producitur quasi inventus, & in lacticium lacus ille mutatur. Ideo Lucanus

— nuncquamque satius quaestus Osiris.
Semper enim perdunt, & semper inveniunt. Hinc Juvenalis Satyra VIII.
v. 29. & 30.
Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Invento

Exclamabant forte, ut olim Isis, teste Athenagora, Legatione pro Christianis, ὁρῶντες, εὐχαριστοῦντες: Invenimus, gaudemus.

Dionysum certe, id est Solem, significabant Phoenices: quia Sol videtur esse apud Proserpinam postquam ingressus est signa hemisphaerii inferioris, diesque efficit breviores. Apro hyems significatur, quod hyemali fructu, glande, pascatur aper, gaudetque locis lutosi, ac pruinæ contectis. Itaque est hyems veluti vulnus Solis, id est Adonidis (d). Est etiam in fabulis, Adonim ab inferis revocatum Veneris voluntate

(a) Proserpina Cybele venerant, in Ulysia. D. Cybele. tom. II. apud E. Bion. Scholium de Div. Germanus cap. IV.
(b) Lucian. lib. VII. (c) Ibid. cap. XXXI. (d) Metam. lib. I. fabulosa. cap. 25.

Haec omnia, si ad amussim historicam expendamus, inveniemus (a) Apim Aegyptium, ob mutatum in tyrannidem regnum invisum suis, abs Telxione, & Thelchine ex insidiis oppressum, nullâ reliâ sobole, ac deinceps divinis honoribus consecratum; quin & Io, sive Isidem, Inachi Argivorum Regis filiam, pro Dea habitam (b). Inde Titannum ortam fabulam, qui Dionysum discernerint. Pudenda in flumen abjecta, uti & Adonidis voluntaria exsecutio, nihil aliud significant, quam Osirim nullâ reliâ sobole è vivis sublatum. Aper est Typho, vir truculentus & ferus. Ab inferis revocatus dicitur Adonis, quod Isidis studio divinis honoribus affectus est. Hinc sacra, & mysteria Dionysi, Adonidis, Attidis, Bacchi, Cereris, Matris Magnae, Matris Deum, Isis, Bercynthiae, Cybeles; & mystae Cabeiri, Corybantes, Galli, Isiaci, Bacchantes, Lenae, Thyiades, Maenades, Mimallones in promiscuo: ut infra etiam ostendetur.

II. Additae (inquit Livius) voluptates religioni, vini, & epularum, quod plurimum animi illicerentur. Religio animos plurimum percellit, voluptas allicit. Plautus in Mercatore (c):

*Voluptas est malorum esca, quod eâ non minus homines
Quam homo capiuntur pisces*

Solemne id fuit Romanis, populos per luxum & voluptates enervare. Tacitus in vita Agricolae: Paullatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus & balnea, & conviviorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, quum pari servitutis esset. Ad rem nostram Valerius (d): Proximus à Libero patre intemperantiae gradus ad incontinentiam venerem esse consuevit.

Cum vinum animos, & nox &c. Tacitus XIII. *Annal. Dissimulationem nox & lascivia exemerat.* Juvenalis appositè de Bacchantibus Satyra vi. vers. 314. — 319.

*Nota Bonae secreta Deae, cum tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter, vinoque ferantur
Attonitae, crinemque rotant, ululante Priapo,
Maenades: ò quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quae vox saltante libidine, quantus
Ille meri veteris per curva madentia torrens!*

Prae

(a) Pater, lib. I. Rationes, ex Eusebio de Praepar. Evang. Cy. Augustin. de Civit. Dei. Ioh. Baptista cap. XI. (c) Aëtia V. Sc. 3. in primis. (d) Lib. II. cap. I.

III. Prae ululatis, tympanorumque, & cymbalorum strepitu, nullam vocem quiritantium inter stupra, & caedes exaudiri potuisse.

Ululatus proprie ad Bacchantes pertinet. Bacchus enim apud Euripidem *Bacchis* vers. 23. & 24.

Πρόσω δὲ Οἴβας ἤρδε γὰρ Ἐνδούδης

Ἀνδρόνικα

Primas verò Thebas hujus terrae Graecanicae

Ululatu complevi

Et ad Cybeles Corybantes, & Gallos, Gallasque. Catullus de *Aty* v. 19. — 24.

Sinnul ite sequimini

Phrygiam ad domum, Cybeller Phrygia ad nemora Deae,

Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant,

Tibicen ubi canit Phryx, curvo grave calamo,

Ubi capita Maenades, ubi jaciunt hedergerae,

Ubi sacra sancta acutis ululatis agitant.

Erant cymbala musicum instrumentum ex aere, duobus concavis hemisphaeriis constans (a), quae concussa & quassata tinnitum edebant, & ad significandos ebriorum tumultus commodissimè usurpabantur (b). Haud absimilibus crepitaculis nunc utuntur Orientales, Arabicè . . . *suuge*. Eorum fit mentio passim apud veteres, Ovidius iv. *Fastorum* vers. 181. — 184.

Proximus inflexo Bercynthia tibia cornu

Flabit, & Idacae festa parentis erant.

Ibunt seminare, & inania tympana tudent,

Aeraque tinnit aere repulsa dabunt.

Virgilius III. *Aeneidos* vers. 111. — 113.

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiacque aera,

Idaeumque nemus: hinc fida silentia sacris,

Et juncti currum dominae subiere leones.

Epiphanius (c) In adytis sunt foedissima: mulierum denudationes, tympana, placenta, rhombus, calathus, lana confecta, & cymbalum, & cyceon potus in phiala praeparatur. Consonant quae superius attulimus ex Clemente Alexandrino. Propertius *Elegia ad Bacchum* (d)

Mollia Dircaeae passabant tympana Thebae,

Capripedes calamo Panes hiant canent.

Vertice turrigero juxta dea magna Cybelle

Tundet ad Idaei cymbala rauca choros.

G

Tur-

(a) ut apud Span. muller. mod. antip. lib. I. art. 6. (b) Phœnus. de nat. Deor. cap. 10. (c) HA III. de Ale. Cott. Encl. (d) lib. III. Eleg. 17.

judicem datum apud inferos inter Aeschylum, & Euripidem, Tragicos Poëtas. Fulvius verò Ursinus ad nummum v. Familiae Vibiae, inquit, fuisse comediae Baccho sacras, ex Scholiaste forte Aristophanis ad *Ranas* vers. 406, cuius verba sunt: τὸ δὲ Διόνυσος αἰ κεμεδίας ἐκένει. At tigris, quae in nummo illo visitur nihil (quod est notandum) cum comœdia commune habet, nec larva ibi comica signatur, sed solidum caput hominis recitum. Erat cothurnus calcamenti genus utrique conveniens pedi: ὡδόνιος ἀποπροδότης, ut ait Svidas in Κόθοριον. Hinc Theramenes, apud Xenophontem ἢ Ἐγγυαῖον libro 11., quod nunc oligarchiae, nunc populi imperio Athenis faveret, *Cothurnus* appellatus: & ut ait Aristophanis Scholiastes ad *Ranas* vers. 546., ἰσχυρὸς ἔσθ' ὁ κόθοριος· ἡδὲ πρὸς τὴν γυναικὶ ἀπὸ τοῦ ὡδόνιος ἀμύθητος, quoniam cothurnus calcamenti genus est, tam viris, quam mulieribus aptum: unde proverbium, *cothurno versatilior*. Lignum cum fuisse, indicat Justinus Martyr Epistola ad Zenam, & Serenum: καθάπερ ὁ λίαν μεγάλας τὸν ὀφθαλμοῦν κατακρήνητος, ποσειδὸς ἢ) ἔμεινα παρὰ τοῖς δίοις τοῖς ἀπὸ τῆς ἑστίας τοῦ δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει ἀποκρίνεται, ἢ φοροῦντα περὶ τοῦ ὡδόνιος. Quemadmodum qui clamore ingenti Orissem personā referent, terribilis, & magnus ab insipientibus esse putatur propter pedes ligneos, & ventrem facilitum, & vestem peregrinam, & faciem mostrosam. Tragicum igitur calcamentum ligneum, ut necesse quidem fuit hominibus, magnos, & insigni proceritate Heroas staturā, & gressu imitari conantibus. Pulchrè deridet Hercules Bacchum cothurnatum apud Aristophanem in *Ranis* (s), quod clavam, & leoninam pellem sibi sumserat.

Αἴν' ἔχ' οἷος τ' εἶμι καταβήσας τὸν γέλαν
Ὀφθαλμοῦν ἐπὶ κροκωτὴν χεῖρ' ἔχων
Τίς ὁ νῆς; τί ἀδόνιος; ἢ φοροῦντα ἑμὲν δὲ τὸν
Ποῖ γὰρ ἀπεδύναται;
Non possum continere risum, quando ita
Leoninam crocoto induciam conspicio.
Quid hoc animi? quid clavae cothurno erat
Commercii? quid terrarum tendis?

Hinc simulacrum Jovis amicitiarum praefidis, à Polycleto Argivo factum, simile dicitur Libero patri à Pausania (a). Nam ei cothurni pro calcamentis sunt, & alterā poculum, thyrsū alterā tenet. Sic cothurnis usus est M. Antonius, quum Liberum patrem se ferret; unde Bacchus benignus ac blandus ab Ephesiis appellatus est, teste Plutarcho in ejus vita. Quin etiam, ut memoriae prodidit M. Annaeus Seneca (c): occurrerunt venienti ei Athenienses cum conjugibus, & liberis, & Διόνυσος salutaverunt. Vellejus libro 11. Quam autē Liberum patrem appellari se jussisset, quum redimitus hederā, coronāque velatus aurēā, & thyrsū tenens, cothurnisque succinctus, curru, veluti Liber pater vinctus esset Alexandriae. Mirum certè nisi habuit aut tigris-

(a) *Ant. l. fo. II. vers. 1.* (b) *In deinde.* (c) *Suaser. l.*

tigris, pantheraeve pellem, aut saltem hinnuleam, ἡβρίδα, praecipuum Bacchi insigne. Euripides apud Aristophanem *Ranis* vers. 1242. — 1244.

Διόνυσος, ὃς δὲ πρὸς τὴν ἡβρίδα
καθ' αὐτὸς ἐπὶ τῇ κατὰ Παρθένου κατὰ
ἰδὴν χοροῦ.
Dionysus, hystis, & hinnulorum pellibus
Qui cinctus, in picis, jugum Parnasseum
Saltu pererrat.

Nebride maculosā, inquit Diodorus in primo, significari astrorum varietatem. Hinc nebride usi bacchantes, quia Bacchus est Sol. Statius 11. *Thebaidos* vers. 664.

Nebridas, & fragiles thyrsos portare putastis
Imbellem ad sonitum

Et in Euripidis *Bacchis* vers. 833. nuncius jubet Pantheum ferre

Θύρρον τὴν χεῖρ', ἢ ἡβρίδα σικετὴν δέρας.
Thyrsum manibus, & maculosam hinnuli pellem.

Nil frequentius apud Poëtas. Pantherae, pardi, tigrides, lyncees Baccho addicebantur, ad significandam Solis velocitatem; vel quia vulgò creditus est tigris vecius in Indiam. Hinc frequens in gemmis Bacchus visitur, dexterā thyrsū, sinistrā cantharus tenens, & cum effundens in pantheram: ajunt enim pantheras vino delectari. Oppianus (a)

Pantheras etiam dona Bacchi capiunt.

Hinc in nummis Tyanensium Antinous, veluti Bacchus, tigris indidens, & thyrsū gerens: & Osiris cum Iside bigā tigris vectus in nummo L. Septimii Severi, & Juliae Domnae Augustae, à Seleucis cussis, apud Sponium (b). Horatius *lib. III. Ode III.*

Hae te merentem, Bacche pater, tuas
Vexere tigres, indocilis jugum
Collo trabentes.

Et Martialis (c):

Nam cum captivos ageret sub curribus Indos,
Contentus gemina tigris Bacchus erat.

Alii nummi exhibent Bacchum & Isidem curru vectos à centauris: qui Bacchi comites temulenti, ac feri; immo milites apud Nonnum in Dionysiacis (d). Unde centaurus sagittarius in nummo Prusiae Regis Bithyniae sub effigie Bacchi, cujus mentio, ex Museo Mediceo, sit à doctissimo

(a) *De vnat. IV.* (b) *Jo. II. vers. II.* (c) *III. VIII. ap. 26.* (d) *II. XXVII. vers. 12.*

fimo Spanhemio (a), uti & bigae centaurorum, quorum alter tibiam inflat, in nummo Faustinae junioris, à Nicaeensisbus cuso. Idem vir clarissimus aliam bigam memorat centaurorum utriusque sexus, trahentium Bacchum & Ariadnem, in nummo Juliae, uxoris Severi, apud Seuginum: aliumque item Nicaeensem, in quo sedentes in thesa Bacchum & Iliadem duo centauri trahunt; è quibus prior tibiam inflat, altero tergo Cupido insidet (b). Euripides *Iphigenia in Aulide* vers. 1060. — 1061. in nuptiis Pelei & Thetidos agmen centaurorum venisse dicit

— Ἐνὶ δαίτῃ ἢ δαίτῃ,
Κρατερὰ τε Βάχχῳ.
— ad convivium Deorum,
Et craterem Bacchi.

Chiron, unus ex centauris, silvestria asserens dona inducitur à Catullo ad eandem nuptias, ubi Parcae vaticinatae sunt, Achillem esse Thetide oriturum, & Trojam eversum. In nummis itidem Pergamenorum Centauri δαδῶν (c).

Thyrus fuit levis hasta, cujus mucronem hederæ lambebat; sive ad significandam hederæ vim, quæ homines vino calentes sedat, sive quod ebrios vincire tanquam furiosos oporteat, ne in caedes, aut libidines ruant: *habere enim hederæ vincienti, obliandique naturam*, auctore Macrobio (d): *Nec desunt* (inquit Phurnutus (e)) *thyrsi, qui occulta bastilia continent, quasi rarè dilabantur convivia, quibus copiosius praestit Bacchus, citra calamitatem aliquam, & vulnera, in quæ contumeliosis provocati, & furore exciti feruntur. Hinc Bacchus appellatur Maenalis, & mulieris, à quibus colitur, Maenades (f). Erant thyrsi taenils obvinèl: nam hastam Osiridi, vel Soli, taenias, seu vittas Isidi tribuebant Aegyptii (g). Eorum fastigiis imposita nux pinea, quæ semper usurpata in Liberis sacris; sive quod fructus omnes invenisse dicebatur, ut Athenæus ex Neoptolemo Pariano in Dionysiade tradit (h); sive quod suave provenit vinum, ubi pinus nascitur (i); sive quod ad Venerem nux pinea reddit homines procliviores; sive quod pinæ nuce, & rhombo, aliisque puerilibus illecebris deceptus, & disceptus à Titanibus fuit Dionysus: unde illa Orpheæ apud Clementem Alexandrinum,*

Κῶνος, ἡ ῥόμβος, ἡ καὶ γὰρ καμπεστέρα
Μυλὴ τε χεῖρεσσι καλὰ παρ' ἑσπερίων διγυμῶνων.
Pinea nux, rhombus, & qui stetit membra, moventque,
Ludi, & quæ Hesperides cānonem vocem habentes miserunt
aurea mala (k).

De pineis nucibus Hefychius: Κῶνοι, οἱ ῥόμβοι, & οἱ σφάβιδοι, & οἱ σφάβοι. Igitur tria haec nomina nucis pineae, ut Spanhemio placet, Et

(a) Diffini. V. (b) Specimen. Diffini. V. (c) Id. ill. (d) Siles I. Saturnal. cap. 10.
(e) De natur. Deor. cap. 10. (f) Maenades representantur in ista numismate, apud Spanhem. loc. cit. V. (g) Pignus explicat: ambigua ad avari pariter. (h) Attrib. ib. III. cap. 2. (i) Plinius in Epistolis lib. V. p. 111. (k) In Praefat. quædam locum ex alterum hunc bene supra attulimus pag. 24.

(a). Et ipsi thyrsi coni appellati, quod fere semper vel nucem pineam habebant fastigiis impositam, vel quidpiam ad ejus formam confectum; ut passim in omnibus quotquot supersunt vetustis operibus Bacchantibus, Maenadibus, Corybantibus videre licet; & praefertim in eximii artificii onyce apud clar. equitem *Pium Nicolam Garelum* (b). Quam verò puerile ludicrum, rhombus, sive turbo, nucis quoque pineae figuram praeferebat, & σφάβις dicatur à σφάβω torquere (Neapolitanis, origine Graecis, etiamnum *stromboli*); hinc conversâ ratione factum est, ut nux pinea σφάβις fuerit appellata, intra quam nuclei ei περιέβη, & ipsi quandoque diēti Κῶνοι, ut Casaubonus ad Athenæum adnotavit (c).

Et fructus, & arbor sacra in Cereis sacris, quia Phrygia regio pinifera (d). Adscribam Stephani locum in *Μίδων*, ut est à doctissimo Spanhemio (e) emendatus, quamvis relucet Abrahamo Berkeho in *Commentario* ad eundem locum: οἱ γὰρ Ἀφροδίτης ἐκ τοῖς θεοῖς ἱεροῖς ἱΙΙΤΤΟΣ ΚΑΔΑΟΝ τῶ ἰλῶ σφάβῃ, & ἐπὶ τῇ τῆς Διὸς ἱερῇ ΚΩΝΟΝ ἱΙΤΤΟΣ ἑλίζεσθαι, αἱ τὸ ἀρχαῖον τῆς ῥήσεως: Αἰθέρης enim in Thesmophoriis PINUS RAMVM infra lectum, & supra Cereis simulacra FRUCTVM PINVS collocant, propter vetustatem generationis. Julianus Imperator (f), ipso die verni æquinoctii arborem, Matri Deum sacram, succidi scribit: τῆμεν γὰρ ποτὶ τὸ ἱερὸν δίδωρον καὶ τὸν ἰμῖραν, ὁ πᾶς ἐπὶ τὸ ἀπὸ ἰσημερινῆς ἀλῆδος ἐκ τῆς ἑσπέρης περιεσπασμένης ἀφαιρᾶται. τῇ τῇ δὲ πῆμεναι γὰρ τὸ ἱερὸν, & ἀπόρριπτον δίς τὸ τῆς ἑσπέρης ἰσῆς τῆς ἡμέρας, ποτὶ, & ἰσῆς. Etenim sacram arborem succidi illo ipso die ferunt, quo Sol supremam æquinoctiorum apsidem attigit. Altero die tubarum clangore perstrepat. Tertia sacra & arcana Galli messis putatur. Secundum hæc, ut ajunt, Hilaria succedunt. Ad Atinæm, sive Solem Hilaria pertinere discimus ex Macrobio (g). Hinc Arnobius (h) *Quid enim vult illa pinus, quam semper statis diebus in Deum Matris promittitis sanctuario? Idcirco in nummis Catanenſium Bacchus conspicitur cum magno racemo: itemque figura nuda, ramum pineæ manu gestans, & nucem pineam habens sub pede, cum inscriptione KATANAIΩΝ (i); nam, ut alibi dictum est, sacra Cereis & Bacchi in promiscuo. Strabo libro x. λέγειν πὶ καὶ τὸν Διόνυσον καλῶν, καὶ τὸν ἀφ' ἑσπέρης ἡ μῆρας, τῆς Διὸς ἱερῆς δαίμονα. διεισπορεύει πὶ ἐς χορείας, & πᾶσι κοιναὶ τὴν ἑσπέρην εἰσι τῶν: & Dionysum Jacchum appellant, ac principem mysteriorum, genium Cereis: tum ramorum gestatione, choræ, sacrificia communia Deorum sunt istorum. Dendrophori igitur in honorem quum Cereis, tum Bacchi, ramos pineos gestabant: quod in allato nummo significatum à Catanenſibus. Sacra eadem pinus Neptuno, qui humidi, & genitalis principii dominus habebatur (k): neque abimili ratione Pana fingeant pinu cornu præcinctur (l).*

Hederæ redimitus Bacchus, vel quia hederæ inventor, quæ Aegyptiis

(a) Diffini. VI. (b) Ejus typum dabimus ad eadem operis. Vide Ant. Franc. Gualt. librum Inscriptions in Etruscae Urbis ægyptium Tab. V. fig. 1. & Tab. XV. (c) Id. lib. cap. 16. (d) Julius. Ins. cit. V. (e) Diffini. IV. de nuce. Id. præfati. (f) Id. lib. cit. V. (g) Id. I. Saturn. c. 21. (h) Id. I. Saturn. c. 21. (i) Id. I. Saturn. c. 21. (j) Id. I. Saturn. c. 21. (k) Id. I. Saturn. c. 21. (l) Id. I. Saturn. c. 21.

ptiis dicebatur planta Ostridis (a), vel in memoriam Cissi pueri, qui saltu prolapsus, dum orgia celebraret interit, & in hederam versus est, ut scribit Constantinus Caesar (b): vel quia citra cultum ubique copiosa provenit, facie aliqui non invenusta, corymbisque, & foliis virentibus frontem opacans, adstriktionique vehementiam patitur, & postremo refrigerat citra odoris pravitatem, auctore Athenaeo (c), vel quia viti perimilis (d); vel quod hederæ semper viret, ut Bacchus est semper juvenis; vel quod habet spiritum quandam, qui de statu rationis deturbat; unde Bacchæ recta ad hederam ferebantur, eamque discerebant, ac vorabant (e); vel quod antipharicum est ebrietas (f), vel quod Bacchus infans hederæ foliis à nutrice occultatus fuit, ne in Junonis potestate deveniret. Ovidius III. Fastor. vers. 769, & 770.

Nysiades nymphæ, puerum quaerente uxorâ
Hanc frondem cunis apposuisse ferunt.

Inde Bacchi cantharus, sive poculum hederaceum (g), ut ait Athenaeus (h), cissidium dictum. Svidas: Κισσίδιον, ὅν κισσίων ἐξ ἡν ποτήριον καλεῖται. Aliter Pollux (i): τὰ δὲ Κισσίδιον κισσὸς ἀπὸ τοῦ, ὃς πὶ οἶνος; Cissidium vero hederæ ambibat, à qua, & nomen desumpsit. Sic & apud Theocritum Idyll. 1. Poculo circum labra innectitur superni hederæ

Τὸ δὲ ἰδὴ καὶ καλεῖται μακρὴν ἢ ὠδὴν κισσός.

Hederæ coronantur Poëtae, quasi Libero consecratae, & vinosi, ac oestro quodam insipientes: item quia sicut hederæ semper virent, ita carmina aeternitatem consequuntur (k). Ajunt tandem per hederam albam, & nigram diem, & noctem significari. Smilacem quoque inter Baccharum coronamenta recenset Callixenus apud Athenaeum, (l) ἐπερωσάμενος, τινὲς ἰδὴ ὄρεται, αἱ δὲ σμιλάξαι, & ἀμπέλω, & κισσῷ. Hanc plantam hederæ similem facit Plinius (m).

Bacchum describens Albricus Philosophus, editus inter Mythologos Latinos, inquit (n): Erat imago sua facie muliebri, pectore nudo, capite cornuto vitulino, coronato, qui saepe tigride equitabat. Muliebri forma, & corniger, quod vires, & robur ebrii amittant (o). Homerus Iliadis Z. vers. 265.

Μῆ μοι οἶνον ἀνερ μελίποισα, πότνια μήτηρ,
Μῆ μ' ἀναγνώστῃς μύτιος δ' ἀλακῆς π' ἡτάουσαι.
Ne mihi vinum præbeas mellitum, veneranda mater,
Ne me enervet, roborisque, & virium oblitiscar.

Pectore nudo, inquit Albricus, ad offendendam vini naturam, quae secreta pandit, & mores detegit. Horatius ad amphoram (p)

tu sapientium

Ca-

(a) Dioscor. lib. I. cap. XVII. Plantar. de Iud. & Ostr. (b) Theophrast. lib. XI. cap. XXXI. cistatus a Hieron. Atticus in reposit. Tabular. Iulii pag. 11. (c) lib. XI. cap. V. (d) Plin. Hist. Nat. lib. III. cap. II. Dioscor. lib. III. cap. XXI. Plin. Hist. Nat. lib. XIII. cap. I. (e) Varro de Ling. Lat. lib. V. cap. VII. (f) lib. VI. cap. XVI. n. 57. (g) Suidas, lib. V. Suidas. (h) lib. V. cap. VII. (i) lib. VI. cap. XVI. n. 57. (j) Suidas, lib. V. Suidas. (k) Suidas, lib. V. Suidas. (l) Theophrast. lib. XI. cap. XXXI. cistatus a Hieron. Atticus in reposit. Tabular. Iulii pag. 11. (m) Plin. Hist. Nat. lib. XIII. cap. I. (n) Theophrast. lib. XI. cap. XXXI. cistatus a Hieron. Atticus in reposit. Tabular. Iulii pag. 11. (o) Theophrast. lib. XI. cap. XXXI. cistatus a Hieron. Atticus in reposit. Tabular. Iulii pag. 11. (p) Theophrast. lib. XI. cap. XXXI. cistatus a Hieron. Atticus in reposit. Tabular. Iulii pag. 11.

Curat, & arcanam jocosa
Consilium regeis Lyaeo.

Idem Horatius lib. I. epist. v. ad Torquatum

potare, & spargere flores
Incipiam, patiarque vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? opera recludit,
Spei jubet esse ratas

Hinc proverbium, δῖος & ἀδύτης apud Athenaeum libro II. cap. II. Ipse tamen Bacchus mentitur apud Aristophanem (a), quum inquit, duodecim, aut tredecim hostium naves à se demersas esse: cui Hercules respondet, vel Xanthias servus, ut ex Vaticano codice conjicit Ludolphus Kusterus:

Κἄτ' ἔγωγ' ἔκρηξιμολοῦ.

Et ego experscebar dein.

Indicans, illum haec fecisse in somniis, δῖος δὲ, ὅτι ὄντα τὰς τῶν ἑταίρων, ut interpretatur Scholiastes, & qui cum describit Svidas in Κἄτ' ἔγωγ' ἔκρηξιμολοῦ.

Mente igitur concipere possumus, quomodo se ostentaverit Calligula, qui, teste Aurelio Victore, Sororum stupro, ac matronis illudens nobilibus, Deorum habitu incedebat, cum Jovem ob incestum, ex thoro autem Bacchanali Liberam se assereret. Omnibus Baccharum insignibus usæ est Messalina apud Tacitum (b): At Messalina non aliàs solatio laxa, adulto autumno simulacrum vindemiae per domum celebrabat: urgeri praela, fluere lacus, & feminas pectibus accinctas assultabant, ut sacrificantes, vel insipientes Bacchæ. Ipsa crine fluxo, thyrsum quatens, juxtaque Silius, hederæ vinctus, gerebat cothurnos, jacebat caput, strepente circum procaci choro. Assultabant, ut sacrificantes, inquit Tacitus; nusquam enim sejunctæ saltationes à Bacchi sacris. Lucianus ἀπὸ δὲ οὐρανῶν: Τὰ ἰδὴ τὸ Διουσιπύκων & Βακχίαν, ὅτι μάλιστα μὴ περι- ἰσθῆναι τὴν ἀκρότητα ὅτι οὐρανῶν ὅτι μάλιστα πάντα τὰ. Neque enim arbitror te expectare, ut ex me audias, Dionysiacæ, & Bacchicæ illa omnia genus fuisse saltationis. Adhibita etiam Pyrrhica, & armis, quæ & Berecynthica. Vetus Scholiastes Sophoclis: ἢ δὲ οὐρανῶν ἢ ἰδὴ Berecynthica λέγεσθαι, ἢ δὲ κρητικῇ, ἢ δὲ τοῖς ἑταίροις: ubi mendum subesse, ait Meursius ad Lycophronem (c) quod κρητικῇ sit Corybantiacæ, sive Gnosia saltatio, τοῖς ἑταίροις τὸν λόγον: sed medicina non est opus, quando Curetes iussu Rheæ in Creta saltabant, Corybantes in Phrygia, ut habet Lucianus; nempe in Berecyntho monte. Pyrrhicham, & bellicreptam saltationem Κορυβαίτιαν, & Κρητικὴν appellari, monet doctissimus Casaubonus ad Strabonem lib. x., in memoriam Corybantum, & Curretum; quorum similes fuerint Romanorum Salii, à saltando dicti. Quin etiam Romæ inter Liberalium solemnia fuit Agon. Varro libro v. de lingua Lat. In libris Saliorum, inquit, quorum cognomen Agonenfium, forsitan hic dies ideo appellatur potius Agonia. Apud eundem auctorem

(a) Aristoph. in Ranae ad I. fr. II. vers. 1157 ff.

(b) Annal. XII.

(c) vers. 239. in fine δὲ οὐρανῶν ἀπὸ.

ovum in Bacchi mysteriis, ut idem Plutarchus tradit in *Symposiastic lib. II. qu. III.*, & ex Plutarchi scriptis Macrobius *Saturnal. lib. VII. cap. XVI.* ubi quaerit, gallina ne, an ovum fuerit prius. Ut Paean carmen fuit Apollini sacrum, ita Ithyphallicum Baccho: cuius exemplum videlicet concinnatum à Casaubono ad Athenaeum (a).

Pompa huiusmodi dicebatur *θεσπία*: qui ferebant *φειδωφόροι* (b): chori cantum *φειδωφόροι*. Diceopolis apud Aristophanem *Accharnan. (c)*

— *ἀσπασίς τὸ φειδωφόρον,*
— *cantilenam de pene accinam.*

Graeci ab Assyriis, Persis, & Aegyptiis accepere, de quibus Ptolemaeus (d): *καθ' ἑαυτὸν δὲ παρ' αὐτοῦ τὴν γεννηθεῖσαν μὲν: Sacra sunt apud eos membra genitalia.* De Aegyptiis feminis auctor est Herodotus (e), phallos ficulneos ē collo pendentes circumgestasse. Forte quia Bacchus dictus est Sycites *ficulneus*, quasi ficus repertor & cultor; & hoc cognomine fuit in honore apud Lacedaemonios (f). Sed Pausanias in *Atticis* scribit, sibi stirpem à Cerere Phitalo dono datam in hospitii remunerandam. Daetylus Syriacos, & Phoenicios dictos fuisse *Σόκας*, & *συνεφελάδας*, docet Spanhemius *dissert. VI.* Similia Phallophoriorum *Panyssia* sacra, de quibus videndus Plutarchus libro de *Isidis*, & *Osiride*. Pamylium quandam memorant, qui qua die natus est Osiris, ex Jovis templo aquam petens, iussus est à voce quadam proclamare, *Osirim esse natum magnum Regem*; deinde ei traditum fuisse Osirim, à Saturno nutriendum.

Diversa à Liberalibus *Vinalia* in urbe Roma; & quidem duplicia. *Priora Vinalia*, quae & *Aphrodisia* dicta, & Veneri sacra (ut ex Varonis Satyra *ἀπὸ ἀφροδισίου* conjicit (g) Gutherus) IX. Kal. Maji, *deglustandis vinis instituta sunt*, auctore Plinio (h); & tunc vinum novum Jovi lababatur, ut tradit Festus in *Vinalia*, & *Calpar*: ubi legendae breves doctissimi Jos. Scalgerii castigaciones. *Posteriora Vinalia*, sive *rustica* celebrabantur XII. Kal. Septembris, die Jovi sacro, tempestatibus leniendis; vel ante diem XII. Kal., ut scribit Varro (i): *Vinalia rustica dicuntur ante diem duodecimum Kal. Septembris, quod tunc Veneri dedicata acdīs.* Plutarchus ea *Veneralia* appellat (k), traditque, multum vini ē templo Veneris effundi consuevisse: quum enim uvaram recentium mentio ibi fiat, ab Aenea post partem de Mezentio victoriam collectarum, unde *Veneralarum* origo; perspicuum est, eum de Vinalibus rusticis, sive posterioribus agere, quae fiebant Augusto mense. His affinia Graecorum *Pithoeigia*, quae tamen celebrabantur duodecima mensis Anthesterionis die, post statum Favonii, ad primitias novi vini delibandas, & dolia referenda, ut docet Plutarchus (l).

Habucere & ipsi Graeci rustica Dionysia mense Poseidone, qui incubat in nostrum Ianuarium. Theophrastus characterum cap. III. sive *ἀπὸ θεσπίας*. Ποσειδωνεύς ὁ κατ' ἀρχαίαν Διονύσια; de quibus meminit Aristophanes (m). Sane fallitur Pitiscus, qui *Dionysia* eadem esse putat ac *Bra-*

mid-

(a) lib. VI. cap. XV. (b) *Athen. lib. XIV. cap. IV.* (c) *sch. II. p. I. vers. 1.* (d) *lib. I. Terent. lib. II. cap. XLVIII.* (e) *Athen. lib. III. cap. V.* (f) *De vitis, Pausan. lib. III. cap. XV.* (g) *lib. XVIII. cap. XXIX.* (h) *lib. V. de lib. p. 17. edit. Rom. 1557.* (i) *De agr. Roman. XLV.* (j) *Symposi. lib. III. qu. VII. Marpurgensis in Xist.* (k) *Athen. ad II. p. 1.*

malia (in eundem scopulum impingit Kippingius (a)) quae sic dicta à *Branua*, quasi hyemalia; quae incidebant in VIII. Kal. Decembres, uti ex auctore *Geoponicorum* idem Pitiscus, & Gyradius in libello de *Annis* & mensibus adnotarunt. Jure tamen reprehendi eos; qui à *Branua*, quasi Baccho appellata esse existimant; nam veteres nunquam Bacchum *Branua* vocasse dicere, sed *Βεβυλος*. Quomodo erunt igitur *Branua* eadem ac *Dionysia*? Aut, apud Ethnicos omnis lasciviae, & hilaritatis publicae genere celebrata fuisse, & in Christianis reprehensa à Tertulliano à Juliano Imperatoris *Misopogonem*. Verum non de Brumalibus ibi sermo est Petavio, sed de hilaritatis publicae die, Kalendis nimirum Januariis; ideoque S. Maximum citat *Orat. de Calend. Jan.* Quinimmo manifestè ibi separantur à Tertulliano: *Saturnalia*, & *Januariac*, & *Brymae*, & *Matronales* frequentantur. Sic memorato canone Trullanae Synodi: *Τὰς αὐτὰς ἡμέρας Καλῆδας, καὶ τὰς ἡμετέρας Βοτῆς, καὶ τὰς καλῆδας Βρυόδια, Καλendas, quae sic appellantur, & quae dicuntur Vota* (forte III. Non. Jan., de quibus in h. 233. D. de verb. signif.) & quae vocantur *Branua*, illud sane in eodem Petavio non est ferendum, quod *Branua*, inquit, sunt *Saturnalia*: vel pueris enim notum est, *Saturnalia* pertinere ad XVII. Kal. Jan., idest XVII. Decembres diem; *Branua* ad diem XXIV. Novembris, sive A. D. VIII. Kalendas Decembres. Repesit sane vir doctus ad *Brymae* etymon, quae dicta quasi *brevima*, quod *brevissimus* est dies; ut innuere videtur Festus in *Brymae*.

Dionysia majora apud Athenienses fiebant mense *Anthesterione*, qui incidebat in mensem *Martium*, non in *Novembrem*, ut doctus ceteroqui Graecus Theodorus Gaza ostendere conatus est adversus Philostratum (c): in quam sententiam Gyraldum quoque, aliosque auctoritate sua traxit. Sed malim ego in hac re cum uno Josepho Scaligero errare, quam sapere cum aliis quamplurimis. Diserte Plutarchus in *Symposiastic libro III. qu. VII.* *Anthesterionem* ponit *μὲν Ἐβρουον*, post statum Favonii; & libro IX. qu. x.: *Ἀνθεστηριὸν τίνασι μὲν καὶ γινώσκοντες, bibant mense Anthesterione post hyemem, ut nemini dubium esse possit, fuisse vernalem mensem, cui nomen à Floribus (d). Praeterea idem Plutarchus hoc mense expurgatas à Sylla Athenas tradit: ἡμέρῃ τῇς Ἀθηνῶν αὐτὸς ἐπὶ τοῖς ἀστυνόμοις, Μαρτίας καλῶνται, ἔτι καὶ αὐτὸς ἀστυνόμος ἦν τῇ ἡμέρᾳ τῇ Ἀνθεστηριῶν μὲν. Cessante Athenas se Calendis Martiis refert in Commentariis, qui dies plane in primam diem incidit mensis Anthesterionis. Et Anthesterione Caesarem Dictatorem fuisse consilium apud Appianum (e): ἐν ἡμέραις αἷς καλῶνται Ἐβροῖς Μαρτίας, Ἀνθεστηριῶν ἔσθ. Hoc itaque mense majora Dionysia. Ulpianus ad Demosthenis orationem contra *Leptinem*; τοῖς δὲ μεγάλαις Διονυσίοις, Ἀνθεστηριῶν μὲν. Magnis autem Dionysii mense Anthesterione (Wolffius vertit mense *Novembri*.) Et quidem die XII. Thucydides in *secunda Historia*: τὰ γὰρ ἐπεὶ ἐκ αὐτῆς τῆς ἀρχαίας ἐκ ἄλλων θεῶν ἔστι, καὶ τὰ ἔξω, ἅπας τὸν πρὸς τοῖς αἰῶσι μᾶλλον ἰδού, τὸ, πὲρ τὸ διὰ τὸ ὀδυμπεῖον, καὶ τὸ*

(a) lib. I. cap. X. *Antiqua.* (b) *De libellat. cap. XIV.* (c) *Scalig. de Emendat. temp. sup. de Petavio* Ann. *Quintus habet in Brumae. Petavii edit. Paris. 1690.* (d) *Marpurgensis in Anthesterio.* (e) *De Bell. civil. lib. II. pag. 552. Edit. Stephani 1595.*

Astaea Ceres est Ceres Sicula; nam *Kαλὴ δαῖτη* oppidum est Siciliae in litore Septentrionali (a), cuius incolae *Calactini*. Vel *Astaea* Ceres quasi Attica; nam & haec regio *Aste* aliquando appellata (b).

Ut olim Romae sacra Herculi faciebant Potitii, & Pinarii, ita Eleusinae Eumolpidae, de quibus est mentio apud Tullium (c). Nam quum Ceres, inquit Clemens Alexandrinus (d), Proserpinam quaerere, habitabant Eleusinem Terrigenae, sive Terrae filii. Eorum nomina Eanko, & Disaule, & Triptolemus; praeterea Eumolpus, & Eubuleus. Triptolemus erat bubulcus, pastor Eumolpus, opilio Eubuleus, à quibus Eumolpidarum, & hoc sacra enuncians praekonum genus Athenis effloruit. Pheneatibus eadem sacra tradita fuisse ab Eumolpi pronepote quodam, auctor est Pausanias in Arcadicis: Venisse illuc Cererem (inquit) narrabant Pheneatae ante Naum quaeritantem Proserpinam, & comiter, liberaliterque acceptam, divisisse legumina omnia, praeter fabam. Qui primi Deam hospitio exceperunt, templam ad inam Gyllenem erexerunt, & initia instituerunt, Trisaulen, & Demitantes nomen habuerunt. Cur sit impura faba, religione inquit Pausanias se impediri quò minus dicat.

De Triptolemo non consentiunt veteres, & varii variè fabulati sunt. Argivi, teste Pausania (e), contendebant, Triptolemum, & Eubuleum fuisse Trochilli filios, sacrorum antiditis, qui Argis ab Ageneo pulsus in Atticam venit, uxoremque Eleusinem duxit: Atheniensium sententia Triptolemus fuit Celei filius, qui primus factionem, & frugum cultum tradidit: Musaeus verò poëta Oceani & Terrae filium prodidit: Orpheus Eubuleo, & Triptolemo Disaulem patrem fuisse scripsit: Choroileus Atheniensis in ea fabula, cui *Alope* nomen fecit, Cereyonem, & Triptolemum fratres natos ait ex Amphycitionis filiabus, & Triptolemum à Ranone genitum, Cereyonem à Neptuno.

Atqui Hyginus *Fabula* cxi. Eleusini Regis filium Triptolemum facit: Quum Ceres (inquit) Proserpinam filiam suam quaereret, devenit ad Eleusinum Regem, cuius uxor Calhona puerum Triptolemon pepererat, sequè nutricem lactantem simulavit. Hanc Regina libens nutricem filio suo recepit. Ceres, quum vellet alumnum suum immortalem reddere, interdicta lacte divino alebat, noctu clam in igne obducebat. Itaque praeterquam solebant mortales, crescebat. Et sic fieri quum mirarentur parentes, eam observaverant. Quum Ceres eam vellet in ignem mittere, pater expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit; at Triptolemo alumnus suo aeternum beneficium tribuit: nam fruges propagavit, currum draconibus junctum tradidit, quibus vebent orbem terrarum frugibus obsedit. Postquam domum rediit, Celeus eam pro beneficio interfecit iussu; sed, re cognita, iussu Cereris Triptolemo regnum dedit; quod ex patris nomine Eleusinum nominavit; fierique sacrum instituit, quae Theismophoria Graecè dicuntur. Non ab Eleusino, sed à Celeo Cererem hospitio susceptam; ac huius alumnus fuisse Deiphontem, non Triptolemum, ex Apollodoro, & Lactantio ad Sta-

(a) Calacten ad Astora. H. VII. cap. 31. Vide Roselli commentum ad Stephanum in *Kαλὴ δαῖτη*, ubi monet nulli legi veluti *Kypera*, non videtur *Cypera*, quod non legitur Hellenicum. (b) Stephanus in *Αστὴ*. (c) de leg. II. (d) Proleg. (e) in Astoria.

Seatum, adnotavit Th. Munckerus ad eandem Hygini fabulam. Ex Nicandri verò Scholiaste pag. 53, Celeum, Triptolemi patrem à Cerere consecutum in ignem. Celeum cedit senem, cuiusque filium Triptolemum, Cereris alumnus facit Ovidius *Faglorum* IV. vers. 547. In Celea regione quarto quoque anno initia Cereris fuisse celebrata, non admodum diversa ab Eleusinis, docet Pausanias in *Corinthiacis*.

Theismophoriorum briginem allato loco tradit Hyginus; quae non, ut Eleusinia, in memoriam Cereris, amissam filiam lugentis, instituta sunt; sed propter regnum Triptolemo attributum, agros divisos, terminosque agrorum constitutos (a); unde Ceres dicta legisera, *Σερμοπορος* in Inscriptione apud Gruterum (b), & Phurnuto *Σερμοπορος* (c). Paulo aliter Servius ad IV. Virgillii v. 57. *Leges Cereris dicitur invenisse*, nam & sacra ipsius Theismophoria, idest legum latio vocatur: sed hoc ideo finitur, quia ante inventum frumentum à Cerere passim homines sine lege vagabantur; quae feritas interrupta est postquam ex agrorum distributione nata sunt iura. Theismophoria autem vocatur legum latio; an quia in aede Cereris in aere incisae sunt leges. Sic Servius Graecorum notiones, & Romanorum confundit (d). Ovidius (e) utrumque Cereris munus complexus est, quum ait:

Prima dedit fruges, alimentaque mista terris;
Prima dedit leges. Cereris sunt omnia munus.

lecti non essent. Omnes hi rogati sententiam dicebant; & aliquando pedibus in sententiam ibant; aliquando ne fieret senatusconsultum, longius de republica, ut libuit, differendo, diem extrahebant. Deleta tandem republica, Augustus certos singulis mensibus Senatus habendi dies primus constituit (a), iussitque, Senatores omnes adesse. In speciem quidem ad augendam restituendamve Senatus veterem auctoritatem; re tamen vera ad ejusdem libertatem non minuendam modò, sed penitus opprimendam: ne cuiquam, ut olim sub Appii ceterorumque Decemvirorum tyrannide, otio frui in villa liceret: quod sanè ad invidiam Principi constandam maximum esset pondus allaturum. Tacitus (b): *Inter quos Lucius Piso ambitum fori, corrupta judicia, sacvitiarum oratorum, accusationes minitantium increpans, abire se & cedere Urbi, victurum in aliquo abdito ac longinquo rure testabatur, simul curiam relinquerebat. Commotus est Tiberius, & quamquam mitibus verbis permulisset, propinquos quoque ejus impulsit ut abeuntem auctoritate vel precibus tenerent.* Scientissimus regnandi Augustus Senatum haberi non vult, nisi cum Principi placitum esset: *Saxit* (inquit (c)) Suetonius *ne plus quam bis in mense legitimus Senatus cogeretur, Kalendis, & Idibus.* Mox subdit: *Sibi constituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis, ad frequentem Senatum referendis, ante traiceret.* Igitur intra Principis privatos lares re penitit, ac fere constituta, in curia qui poterat libera vox exaudiri, postquam Augustus in hanc vel illam sententiam orationem memoriter, vel ex codicillis recitasset? Arcanum dominationis monarchicæ adversus Aristocratiam. Jure igitur Tacitus (d) senatusconsulta sub Caesaribus facta adulationes vocat: *Supplicationum dies Pompeii Flacci sententiâ consenti, ut dona Jovi, Marti, Concordiæ; neque Idibus Septembriam dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur, L. Piso, & Gallus Asinius, & Papius Marcius, & L. Apronius decrevere: quorum auctoritates, adulationesque retuli, ut sciretur, vetus id in republica malum.* Notanda etiam sunt illa XIII. Annal. *Sed Consules relationem incipere non ausi IGNARO PRINCIPLE; perscribere tamen consensum Senatus,*

XIII. Censuit Senatus, gratias Consuli agendas, non modò quòd rem detexissent, verum etiam quòd sine tumultu.

Similis laus Consulum, qui conjunctionem de reducendis Tarquiniiis oppresserunt. Idem Livius libro II: *Consules ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo, sine tumultu rem omnem oppressere.* Eandem sibi tribuit Cicero prima in Catilinam: *Compressi tuos nefarios conatus amicorum praesidio & copiis, nullo tumultu publicè concitato.* Simulatione & taciturnitate opus fuit, ne conjurati, desperatione adacti, in audacia reponerent spem salutis, ut loquitur Tacitus II, Annalium,

nc-

(a) Du Rø, LV. (b) II. deat. (c) In Augusti cap. XXXV. (d) II. deat.

neque aliam ob causam conjuratis adversus Neronem placitum mature eadem apud Bajas in villa Pisonis (a).

XIV. Quaestionem deinde de Bacchanalibus, sacrisque nocturnis extra ordinem Consulibus mandat.

Praeter stupra & caedes, peccatum erat contra leges nocturnis coitionibus oppositas. *Nocturna sacrificia, pervigiliaque amovendo*, erat in legibus Regiis. Nam ab nullo genere (inquit noster decad. IV. libro IV.) non summum periculum est si coetus, & concilia, & secretas consultationes esse sinat. In XII. cautum fuit (b): *SI QVIN VRBE COETVS NOCTVROS AGITASIT CAPITAL ESTO.* Quod caput ad jus publicum spectabat, tum quia de sacris, tum quia de occultis foederibus conjunctionibusque, quae extremam Reip. perniciem afferre solent: neque enim novum, à perditissimis hominum sub specie religionis occultis agitari consilia, & dum fidem obstringunt suam ipsos superos in partem scelerum advocare. De Alcibiade Cornelius Nepos: *Aspergebatur insaniâ quid in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas est more Abentensium: id quod non ad religionem, sed ad conjunctionem pertinere arbitrabatur.* Quoniam verò Lex XII. Tabb. capite plestebat eos, qui in Urbe coetus nocturnos agitaissent; & forsitan falsis verbis legis fraus fiebat adversus legis sententiam, nocturnos coetus extra Urbem, idest ultra pomoerium, & in loco Semeles agitando; idcirco cautum nostro Senatusconsulto, ne usquam Bacchanalia peragerentur, neque in publico, neque in privato, neque extra Urbem: quae Livius paucis complexus est: *Edicti praeterea in Urbe Roma, & per totam Italiam Edicta mitti, ne quis Sc. Missum itaque Edictum, inque tabulam ahenam incisum, & fixum in Agro etiam Teurapo.*

Post centum fere annos specie religionis in Sicilia novae exortae turbæ: *Syrus quidam (inquit (c)) fanatico furore simulato, dum Syriæ Deae comas jactas (erinibus passus inquit Livius loco superius allato, XI.) ad libertatem & arma servos, quasi numinum imperio concitavit: idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure & igne stipaverat, kniter inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo milia ex obvii, mox Sc. Sic regnante Claudio sycophanta quidam & magus Aegyptius ad triginta hominum milia contraxit, & Hierosolymam veluti ad regnum capefendum tetendit (d).* Similia quaedam exempla habemus in historia Ecclesiastica, de quibus alibi.

Parum tamen aut nihil severitate nostri Senatusconsulti profectum est: quin novis subinde atque novis legibus opus fuit. De Gabinia meminit Porcius Latro in Catilinam: *Animadvertendum est pariter uno maleficii genere Catilinam non modo Deos, ac patriam, verum etiam mores, leges, consuetudinem Urbis, atque instituta majorem violasse.* Primum XII. Tabulis cautum esse cognoscimus, ne quis in Urbe coetus no-

clur-

(a) Idem Tacitus XV. deat. (b) Tabula IX. cap. VI. (c) Id. III. cap. XIX. (d) Idem Tacitus de bell. Jud. lib. II. cap. XIII.

Imperatoris nomina fummae potestate deinceps esse coepit, unde Graecorum in nummis *αυτοκρατορ*: neque usquam in Romanorum monumentis invenias unum eundemque Praetorem simul appellatum & Confulem, ut neque centurionem & tribunum militum, tribunum & legatum. *Orator* dixit Iosephus omnis generis collegia, quia nullum ferme fuit quin religionem pro fine haberet, & aliquis Deorum cultum; ut recte animadvertit Salmassius (a). Juli vigiliis infestis Augustus, *etiam plurimae factiones titulis collegii novi ad nullum non faciendis societatem coirent, praeter antiqua & legitima, omnia collegia dissoluit*, inquit Svetonius (b) quoniam etiam sacra Aegypti, & Iudaica populi, teste Diono (c). Sub Tiberio item *actum & de sacris Aegyptii Iudaicae pellendis*, ut habet Tacitus (d). Nam nunquam non ab huiusmodi coetibus periculum. Idem Tacitus, ubi de rebellione Galliarum sub Tiberio verba facit, inquit: *igitur per conciliabula & coetus seditiose differabant*. Sic nocturnorum coetuum causa erupit militaris seditio adversus Hordeonion Flaccum (e): *Effusi in luxorem & epulas, & nocturnos coetus, veterem in Hordeonion iram revocant; nec ulla legatorum tribunorumque obsequia, auso quippe omnem pudorem nos ademerat* protrallum est cubili interficiunt.

Huc facit illud Ulpiani (f) : *Sub praetextu religionis, vel sub specie soborandi vel coetus illicitos nec à veteranis tentari oportet.* Item Marciāni (g), ubi vitia ea memorat ab Alexandro Severo : *Sed religionis causa coire non prohibetur: dum tamen per hoc non fiat contra Senatusconsultum, quo illius collegia arceantur.* Et alibi (h) : *In summa autem nisi ex Senatusconsulti auctoritate, vel Caesaris, collegium, vel quodecumque tale corpus coierit, contra Senatusconsultum, & mandata, & constitutiones collegium celebrat.* Suavis homo est Accursius, quum inquit (i) : *Et hoc habet locum in Italia, & in provinciis, non in Urbe Roma : quasi verò diserte non haberet Marciānus : Quod non tantum in Urbe, sed in Italia, & in provinciis locum habere dixit Severus reperiit.* Sed familiare id fuit Accursio interpretationes obtrudere cum ipsi verbis leges pugnantes : unde proverbiū *la Glosse d'Orléans* apud Stephanum Pasquier in suo libro *Recherches de la France*.

Nil igitur mim mi crimini daretur Christianis quod coetus occultos & nocturna pervigilia, & Agapas celebrarent: Nisi forte (inquit *K*) Tertullianus) in *Senatusconsulto*, & in *Principum mandata coitionibus opposita delinquimus*. Onerabatur etiam invidia, quod Deum coererent non publice additum, novum, advenam, peregrinum, neque confuadua à patribus delubra haberent, quod veritum legis Regis, & xii. Tab., & Tullius satis aperte offendit ii. *de legibus*. Lingo quae de capite afinino, & Thyeseis epulis calumniabantur, de quibus copiose disputat Tertullianus in *Apologetico*: sed, quantum ad praefens argumentum attinet, in suspicionem venerant Christiani, Ceteris & Bacchi facris esse initiatos, quod pane & vino sacrificarent. *Nonnulli*, inquit (*L*) Augustinus, *non propter pacem & calicem Cererem ac Liberam colere exultant* (*m*).

Quae-

(a) *Offertorium, ad Ius Attie, Cf Roman, cap. IV.* (b) *In Asp. cap. XXXII.* (c) *Ibid.* LIV. (d) *Ibid.* LXVI. (e) *Ibid.* LV. (f) *Ibid.* L. (g) *Ibid.* L. (h) *Ibid.* L. (i) *Ibid.* L. (j) *Ibid.* L. (k) *Ibid.* L. (l) *Ibid.* L. (m) *Ibid.* L. (n) *Ibid.* L. (o) *Ibid.* L. (p) *Ibid.* L. (q) *Ibid.* L. (r) *Ibid.* L. (s) *Ibid.* L. (t) *Ibid.* L. (u) *Ibid.* L. (v) *Ibid.* L. (w) *Ibid.* L. (x) *Ibid.* L. (y) *Ibid.* L. (z) *Ibid.* L.

Quaestio mandata est Confubili extra ordinem; et quidem duplicem o causam. Prima, quod rei atrocitas fummae auctoritatis quaestorem postulare videbatur: secunda, quod A. U. DCLXVII., quo Bacchanalia detecta sunt, nullae adhuc quaestiones publicae erant perpetuae; sed, quotiescumque res poscebat, Confules, aut Dictator, aut Praetor Senatusconfulto, vel lege quaerere de crimine iubebatur. Primum L. Pifo tri- pleb. *quaestionem de pecuniis repetundis* perpetuam fecit, L. Mario Centurio, M. Manilio Coff., A. U. DCIV., ut docet Cicero in *Bruto* (a); nam in lege, quam de *repetundis* pertulit, cavet ut de ea re Praetoris quaestio effiet. Similes o causas perpetuae deinceps factae sunt quaestiones de *peculatu*, de *majestate*, de *ambibus* (b), de *securis*, *veneficiis*, *paricidio*, *falso*, et aliis: adeo ut opus fuerit praetores plures creare, qui quaestiones inter se fortiterent (c). Quum igitur propter legem *Valerium de provocacione* causa jampriodem effiet, ne Conful de capite civis Romani quaereret injussu Populi; idcirco Senatus auctoritate quaestio Confubilius mandanda fuit. Ceteroquin, si quae in Urbe, sive in univerfa Italia delicta forent publica animadversione digna, ut puta *prodicio*, *conjuratio*, *veneficium*, aut *caedes dolo malo perpetrata*, ad cognitionem *Senatus spectabant* (d). Qui quaestionem habebat *Quaestiores* dicebantur, inquirebantque de criminibus, deque his iudicium exerceri curabant. Ipsi quidem sedebant pro tribunali, iudices vero in fubsellis. Hi principum fuerunt tantummodo Senatores. Anno U. DCXXX. iudicia ad equestrum ordinem translata sunt, *lege Sempronii*. Communicata cum Senatoribus, et equitibus *lege Servilii* A. U. DCLVII.; ita tamen ut minor effiet Senatorum quam equitum numerus. Aequatus hic fuit per *Legem Livianam* A. DCLXII., ac deum *Legem Plautii* admiffi quidam etiam ex plebe A. U. DCLXIV. Ad solos Senatores iudicia rediere per *legem Cornelianam* A. DCLXXXIII.; donec A. DCLXXXIII. caute *lege Aurelia*, ut cum Senatoribus equites, et Tribuni aeriarii iudicarent. Tribunos submovit Julius Caesar. Pompejus A. U. DCXCVIII. *legem Aureliam* reduxit, hoc addito, ut amplissimo censu, et ex centuriis legerentur iudices. Tertia tandem iudicum decuria addita effe centurionibus, antesignanis, alaudis, manipularibus per *legem Antonianam* A. U. DCCIX., de qua meminit Cicero *Philippica* I. & V., et Svetonius in *Augusto*. Has leges accurate notavit *Robertus Antiquit. Roman. lib. viii. cap. xxi.*

XV. Indices praemiis invitare Senatus jussit :

nam cruciati, & praemio cuncta pervia esse sciebant, ut monuit Tacitus xv. *Annal.* Auriculari hujusmodi homines appellari ab auditoribus solent, item *oculi & aures Principis*: *ὁ ὤψων* (e) Heliodorus) βασιλέως οὐδαίς, ὁδολογίαι & ἀνάη, πρὸ ἐλκων γένος. *Perfurnum enim regis aulis oculi sunt & aures eunuchorum genus.* Xenophon (f): κατεμύσθη δὲ ὧς & τὰς βασιλέως χαλκίμους ὁδολογίαις

(a) Cap. XV. (b) *Pompon. l. 2, de orig. jur.* (c) Vide *Rufinum antiquit. Roman. lib. IX, cap. XVIII.*
(d) *Falsy. histor. lib. VI, cap. XI.* (e) *Antiquit. lib. VIII, in fin.* (f) *Cyropæd. lib. VIII.*

in Bacchantibus tunc cum ad eos conlatum est ut diceretur in eorum nomine, Etiam hoc accepimus, Cyrum illos, qui & oculi & aures Regis appellatur, non alia ratione sibi adiunxisse, quam munera largiendo; & ornando praemiis. Id tamen non fit sine invidia, & periculo. Cicero pro Sex. Roscio: Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia. verumtamen hoc ita est utile, ut ne plane illudamur ab accusatoribus. Tacitus iv. *Annal.* de Tiberio: Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum. & poenis quidem nunquam satis coerentibus, per praemia eliciebantur. Inde laudi datum Neroni, quod praemia delatorum Papiae legis ad quartas redegerisset: Tito, Domitiano, ac Traiano, quod eos variis poenis ac suppliciis affecissent (a). Ceterum in libera civitate, ubi seditiosorum hominum consilia, & clandestinae machinationes exitium reip. minantur, necessarij quodammodo sunt, ac praemiis alliciendi. Exemplum est apud Livium (b), ubi de incendio Romae Campanorum fraude orto: Itaque Consul ex auctoritate Senatus pro concione edixit: qui quorum opera id constaret incendium proficeretur, praemium fore libero pecuniam, servum libertatem. Et praemio inducitur Campanorum Calceatorum servus (Mannus ei nomen erat) indicavit, dominos, & quinque praeterea jacentes nobiles Campanos, quorum parentes à Q. Fulvio securi percussi erant, id incendium fecisse &c. Sic Lege Calpurnia de ambitu accusatoribus praemia fuisse constituta, & Lege Cornelia, ad Senatusconsultum Silanianum pertinente, iis, qui servos fuga elapsos ante quaestionem conquisissent, ac renuntiassent.

XVI. Ante omnia, ut quaestio de his habeatur, qui coerint, conjuraverintve, quod stuprum, flagitiumque inferretur.

Hoc caput praetermissum est in nostra tabula. Jure tamen videtur editum, à flagitiosissimis quaestionem incipere: simul ad delinendam plebem; ut pudori ac honestati civium ante omnia à patribus consultum videretur. Summam enim Romae per ea tempora fuisse pudicitiae laudem, docet Livius libro x., ubi sacellum Pudicitiae patriciae memorat, & Virginiae A. F. cum patricijs matronis certamen: Insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitiae patriciae, quae in foro boario est ad aedem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam Auli filiam, patriciam plebeio nuptam, L. Volturno Consule, matronae, quod è patribus evanisset, sacris arceverant. Brevi altercatio inde ex iracundia mulierum in contentione animorum exarsit, quam se Virginiam & patriciam & pudicam in patriciae Pudicitiae templum ingressam; & uni nuptam, ad quem virgo deducta sit; nec se viri, honorumque ejus ac rerum gestarum poenitere, verò gloriaretur. Facto deinde egregio magnifico sermo adduxit, in viro longo, ubi ea habitabas, ex parte aedem quod satis esse loci modico sacello exclusit, aramque ibi posuit: & con-

& convocatis plebeis matronis, conquesta injuriam patriciarum, hanc ego aram, inquit, Pudicitiae plebeiae dedico: vosque hortor, ut quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit, desique operam, ut haec ara, quam illa, si quid potest, sanctetur, & à castioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu & haec ara, quo illa antiquior culta est, ut nulla nisi spectatae pudicitiae matrona, & quae uni viro nupta fuisset jus sacrificandi haberet. Vagata dein religio à pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis, postremo in oblivionem venit. Illustra Romanae pudicitiae ac severitatis exempla habes praesertim apud Valerium libro vi. cap. 1.; sed illud maxime notandum, quod de Cn. Sergio Silo idem memoriae prodidit: Merellus quoque Celer (inquit) stuprosae mentis acer punitor extitit. C. Sergio Silo promissorum matrifamilias nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumque hoc uno crimine damnando. Non enim factum tunc, sed animus in quaestionem deductus est: plasque voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit. Quando igitur, haud secus ac in lege majestatis fieri assidet, affectus quoque peccandi Cn. Sergio crimini fuit; unusquisque satis intelligit, quanta cum cura & solitudine Senatus vindicandis omnis generis stupris incumberet, damnandique principium ab iis potissimum fieri vellet, qui ut stuprum flagitiumque inferretur coisfent. Saltem apud ignaros rerum eam de Senatu opinionem invalescere oportebat: nihil enim aequè plebem ad vindictam accendit, suppliciorumque cupidam facit, quam violatus pudor: quod serò Galli in Sicilia didicerunt. *παρρησια*: heic notabo, Tatianum Assyrium in ea quam adversus Graecos scripsit oratione (a), nimio declamandi studio abreptum, immeritò Romanos veluti puerorum amoribus deditos insectari, scribens, ab iis pueros plurimos tanquam equos gregales colligi, & ali consuevisse. Romanorum enim hac in re continentiae testis est idem Valerius, exemplo Fabii Maximi, Atilii Philisci, C. Scantini Capitolini, T. Veturii, M. Laetorii, & C. Lucii. Nesciebat Tatianus, pueros, idest servos, & plerumque vernas ad domestica officia ali solitos à Romanis, non ad foedam damnatamque libidinem: & Graecè cogitans, ut pueros nominavit, paederastrum sejungere noluit.

XVII. Consules Aedilibus curulibus imperarunt ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent.

Rectè dictum, & pro Consulibus dignitate, quibus nunquam à Senatu aliquid mandatum, quin adiceretur formula honorifica: *CONSULES ALTER AMBOVE, SI EIS VIDERITVR &c.* (b). Ceteroquin pro mandare Consulibus, *permittere* quandoque dicebatur. Tacitus *Annalium* iii., ubi de legationibus Graecarum civitatum, disceptantium de jure asylorum, inquit: Audiat aliarum quoque civitatum legationes. Quorum copia fessij Patres, & quia studiis certabant, Consulibus permiserunt, ut perspecto jure, & si qua iniquitas innotberetur, rem integram rursus ad

P 2

Se-

(a) *Servius in Aeneid. cap. X.*; in *Tito cap. VIII.*, *Domit. cap. IX.*, *Plin. in Panegy.* (b) *Deat. III. tit. VI.*

(a) *Plin. lib. 10. c. 1.* *Justin. lib. 10. c. 1.* (b) *apud Tacit. Philipp. VIII.*, *Oratio in Adelph. Terent. Act. III. Sc. V.* *Deat. de format. tit. II.*

Senatum referrent. Consules ceteris magistratibus imperabant: Aurelius Victor de vir. illustrib. lxxii. M. Aemilius Scaurus Cos. P. Decium Praetorem, transiente ipso sedentem, iussit assurgere, eique vestimen-
tis, sellam concidit, ne quis ad eum in ius iret eduxit.

Aediles curules dicuntur Aediles maiores à Plutarcho in Mario; propterea quod ex sella eborae ius dicerent, quum plebei Aediles in subsellis sederent. Illum magistratum Patres alternabant cum plebe; hunc plebs sola obtinebat, ut nomen ipsam satis indicat (a). Datum est itaque negotium Aedilibus curulis, ut sacerdotes ejus fieri conquirent: maximè enim idoneus visus est magistratus ille, cuius erat munus ludos sacros & solennes instituere, ac procurare; sacrarum aedium & privatarum curam gerere; templa, theatra, ceteraque publica aedificia reficere, & exornare: nam horum occasione omnes sacrificulos, & aedificum facile norant, & pluribus quam alius quispiam conjecturis & iudiciis ad conjuratos detegendos, sicubi latitarent, atque comprehendendos uti poterant.

XVIII. Aediles plebis videre, ne qua sacra in oper- to fierent.

Erant veluti administri Tribuni plebis, *Juncti* *et* *duces*, ut narrat Dionysius lib. vi. Nam infixa & perpetua ipsis cura aedium sacrarum, locorum publicorum, annonae, mensurarum, rerum venalium. Erant etiam praepositi coercendis contumeliis, foeneratorum avaritiae, stupris, lenonibus, &c. (b). Ex bonis mulctatiis vel ludos, vel dona Deum, vel opera publica faciebant. Praeterea animadvertabant, ne qui nisi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio colerentur (c).

XIX. Triumphiris capitalibus mandatum est ut vi- gilias disponerent per Urbem, &c.

Sic de Augusto Svetonius (d): *Hac nuntiata* (clade Variana) *excubias per Urbem induxit, ne quis tumultus existeret.* Triumphiri capitales inter minores magistratus censebantur; creatique primum M. Curio Dentato, P. Cornelio Rufino Coss. Anno Urbis CCCCLXIII. (e) Hi maleficii suspectos conquirebant, & comprehendebant; carceris latomiarum curam gerebant, ut quum à Praetore damnatos: carnis-
fex necaret, eorum interventu id fieret (f). Ipsimet de furibus, homicidis, servis nequam judicabant, & in eos animadvertabant in foro Romano ad columnam Maeniam, ut habet Aconius (g). Valerius libro viii. cap. iv. 2. *Fanis servus Alexandri, cum in suspicionem C. Fulvii equitis Romani occisi venisset, sexties tortus pernegavit ei se culpae affinem fuisse. Sed perinde atque confessus, & à judici-*

(a) Moxat. de legibus cap. v. (b) Dionys. loc. cit. (c) Juv. Gallus. de Magistratibus. Praet. Praet. cap. vii. Epist. de Magistratibus. P. R. lib. xii. (d) cap. xliii. (e) Epist. de Vir. Illust. lib. xli. (f) Plutarch. lib. vi. de vir. (g) l. i. in Perur.

bus damnatus, & à L. Calpurnio triumphum in crucem altus est. Videntur heic separari Judices à Triumphiris: sed nihil sequitur incommodi, si dicamus, damnatum quidem servum conjunctum à Triumphiris, interven-
tu vero solius Calpurnii in crucem actum (a). In cives tamen Romanos paulò honestiores animadvertere non poterant. Idem Valerius lib. v. cap. iv. *Sanguinis ingenui mulierem, apud tribunum summi capitali crimine damnatam, triumphum in carcere necandam tradidit, qui receptam à qui custodiam praerat, misericordiam motus, non protinus strangulavit.* Triumphir nec mulierem damnaverat, nec erat carceris custos; sed praerat custodi carceris, sive carnisfici. Sic Triumphiris mandatum, ut Bacchanaliorum confcios conquirerent, ac reducerent; non ut de eorum capitibus sententiam ferrent. Ex hoc Livii loco constat, Triumphiros capitales magistratum fuisse ordinarium, longèque diversos à quaestoribus rerum capitalium, qui extra ordinem creabantur, propter legem Valeriam, quae vetabat Consuli, Dictatori &c. de capite civis sententiam ferre, nisi lege, aut Senatusconsulto id jubente. Quaestores adversus conjuratos, qui bacchanalibus coissent, fieri extra ordinem Consules Marcus Philippus, Sp. Postumius, ut ex Livio, & nostra aeneae tabula liquet.

Uno propemodum ore affirmant eruditi, non esse eosdem Triumphiros capitales, & Triumphiros nocturnos, incendiiorum arcendorum & excubiarum agendarum causa (b): itaque Triumphiros, nulla adjecta muneri nota, nec *Exor* intelligi capitales. Sed haec sententia, magnos licet habeat auctores, non est admodum expedita. Valerius enim libro viii. cap. i. Triumphiros sine ullo additamento nominat, & tamen incendiis arcendis praepositos: M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius trium-
viri, quod incendium in sacra via ortum extinguendum tardius venerant, à Tr. pleb. die dicta ad Populum damnati sunt. Hic idem locus Livii, quem tractamus, Triumphiris capitalibus curam vigiliarum disponendarum demandatam esse ostendit. Igitur iidem nocturni ac capitales. Ad capitales pertinere ajunt illa Sosiae servi apud Plautum (c):

Juventutis morei qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?
Quid faciam nunc si tresviri me in carcerem compegerint?

Quis tamen non videt, de eo magistratu sermonem fieri apud Plautum, cuius partes essent noctu pacatam habere civitatem, regiones Urbis cum lictoribus lustrare, & de servis, & deque furibus nocturnis cognoscere? Pronunciandum igitur est, non liquere. Carpit Plautum Salmastius, Epist. ad Menagium, quod in ea comoedia palliata mentionem injecit, Romani magistratus; uti & Daniele Heinsum quod Eumenides Graecas in Herodis infanticidae Hebraeam tragœdiam invenit.

Triumphiris nocturnis successit sub Augusto Praefectus vigilum, qui ius habebat cognoscendi de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptoribus (d): quem magistratum gessit C. Cilnius Maecenas, teste Paedone Albinovano Elegia de ejus obitu.

Romanæ tu vigil urbis eras.

XIX. Ad-

(a) Juv. Gallus. P. R. lib. xii. cap. xliii. (b) Gracilius de Censorio lib. ii. Regis. Aedil. Roman. lib. vii. cap. xxvii. xxviii. (c) Amphitruon. lib. i. (d) l. i. D. de Vig. Praef. Vigil.

XX. Adjuutores Triumviri Quinquéviri, uti cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praesent.

Hoc tantummodo Livii loco fit mentio Quinquéviri *nostrorum*, quos capitales etiam appellare nihil vetat. Pomponius certe J. C. in l. 2. D. de orig. Jur. §. 31. post memoratos Triumviros capitales, inquit: *Et quia magistratibus Vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, Quinquéviri constituti sunt cis Tiberim & ultra Tiberim* (malunt quidam *etiam Tiberim*) *qui possent pro magistratibus fungere*. Forte legendum etiam in Livio: *uti cis & ultra* (live *ultra*) *Tiberim suae quisque regionis aedificiis praesent*. Ceterum longe alia est nostri sententia. *Adjuutores* enim, non *vicarii* Triumvirorum facit Quinquéviri, ut communi ope atque consilio praesenti malo occurrerent, vigiliisque disponerent per Urbem: nam quantum attinet ad incendia arcedenda, non videtur id fuisse novum, *suae* quemque *regionis aedificiis* praesent, si attendamus. Historici verba; tamen aliquanto majore cum cura obviari ire incendiis oportuit, quae a conjuratis, effugia quoquo modo captantibus, constari poterant. Ceterum Pomponii ratio non satis ardet: neque enim adversus legem xii. Tabularum Triumviri facere videbantur, post Solis occasum prodeuntes in publicum, non ad jus dicendum, sed ad incendia per suo munere restituenda, fontes conquirendos, comprehendendosque fures, effractores, servosque fugitivos. Et sane Plautinus Sosa, noctu Vulcanum inclusum in cornu gerens, à Triumviris sibi metuebat, ne in carcerem compingeretur; non à Quinquéviris Pomponianis, vicariam Capitalibus operam praestantibus. Illud etiam notandum, aut v., aut viii. fuisse ea tempestate Urbis regiones; nisi quis probet mendosum esse hunc Livii locum.

XXI. Consules in Rostra ascenderunt, & concione advocata &c.

Rostra templum erat ante curiam Hostiliam, in quo suggestum ex rostris navium Antiatium (a). Illud conscendebant magistratus, oratorese verba facturi ad populum, vultu ad capitolium & forum converso (b). Consules itaque Marcius & Postumius, postquam in eorum sententiam factum esset Senatusconsultum, concionem populi advocarunt, ejus consensus ad perpetuam Senatusconsulto auctoritatem conciliandam necessarius esse videbatur. Nam sine jussu populi per ea tempora uno tantum anno Senatusconsulta magistratum tenebant; uti ex Dionysio fit manifestum. Is enim libro ix. ubi Consules L. Aemilius Mamercus (vel Mamercinus) III., Vopiscus Julius Julius (c) obtulisse dicuntur Cn. Genutio Trib. pleb., postulant ut Senatusconsultum de agris dividendis tandem exequerentur, inquit: *οἱ δὲ οὐχ ὀκνήσαντες, ἀλλὰ τὸ ἐκείνου ἀρχὴν ἡγήσαντες πείθεσθαι τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἀλλὰ τοῖς μὴ Κόσκιον ἐὼς Οὐρεπίωνος Σαδρόν, καὶ ἐς τὸ ἀποβιβάζειν ἐξ ὧν ἐξ ἡμῶν ὁ νόμος εἰς αὐτοὺς ἀποβιβάζει τὸ συμβόλιον, ἀλλὰ ποταμὸν ἡμῶν*

(a) Livius lib. VIII. est apud Livium Opiter Virginius.

(b) Vile Lipsiam de magistratibus Romanis.

(c) A. U. CCLXXX. Pro Papilio

Σαδρόν ἐξ ὧν ἐξ ἡμῶν. Hi negabant ad se pertinere quod alieno consensu decretum esset, & Cassii Virginitique successoribus demandatum; ad eos enim id Senatusconsultum pertinere: nec Senatus decreta perpetuae legis vim habere, sed esse instituta unius anni. Itaque tunc demum perpetuae legis vim habebat Senatusconsultum, quum suffragiis populi roboratum esset. Idem lib. xi. ait, olim quod pluribus Curii visum fuisset, id ad Senatum referri solitum, sed postea contrarium obtinuisse: *ἐπὶ ἧμῶν δὲ μὴ καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα* (i) *ἀλλὰ τοῖς μὴ Κόσκιον ἐὼς Οὐρεπίωνος Σαδρόν, καὶ ἐς τὸ ἀποβιβάζειν ἐξ ὧν ἐξ ἡμῶν ὁ νόμος εἰς αὐτοὺς ἀποβιβάζει τὸ συμβόλιον*. Exempla habes plura apud eundem Dionysium: ut lib. viii. de conditionibus foederis cum Volscis, Senatusconsultum fieri oportere, inquit, & *τὰ ἐκείνου εἰς τὸν δῆμον ἐκτελεσθῶν* ac decretum referri ad populum. Et libro x. *καὶ τὸν ἀποβιβάζειν ἐξ ὧν ἐξ ἡμῶν ὁ νόμος εἰς αὐτοὺς ἀποβιβάζει τὸ συμβόλιον*. Et *μὴ τὰ ἐκείνου εἰς τὸν δῆμον*. Senatusconsulto factio, & per plebiscitum confirmato. Sic libro xi. circa finem narrat, Senatusconsultum de communicandis cum plebe magistratibus curulibus in tabulas relatum à Consulibus L. Papirio Mugillano, L. Sempronio Atratino; moxque Tribunum Pl. eo accepto, magno cum gaudio in forum prodixisse, & advocato in concionem populo, post prolixam Senatus laudationem, jussisse, plebejos, si qui vellent, cum patriciis ambire magistratum. Libro etiam ix. docet, curiata comitia tunc demum rata fuisse, si praecessisset Senatusconsultum, ac deinde populi calculo per Curias approbata esset lex, & tandem auspicia addixissent. Simile exemplum extat libro v. ubi de conjuratione Tarquinienfium oppressa: & *καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα* (i) *ἀλλὰ τοῖς μὴ Κόσκιον ἐὼς Οὐρεπίωνος Σαδρόν, καὶ ἐς τὸ ἀποβιβάζειν ἐξ ὧν ἐξ ἡμῶν ὁ νόμος εἰς αὐτοὺς ἀποβιβάζει τὸ συμβόλιον*. Cumque Senatusconsultum in tabulas retulissent, reversi in concionem populo recitaverunt. Si fieri in Republica democratica oportuit: unde notum illud: *Senatus censuit, Populus jussit*. Peracto igitur nostro Senatusconsulto, Consules in rostra ascenderunt, & concione advocata retulerunt ad Populum, tum ut perpetuam legis vim obtineret, tum quia de gravissimo agebatur judicio. Inquit enim de Romanis Polybius (a): *τὴν δὲ ὁδοῦμεν ἐκ τῆς μυστικῆς καὶ τῆς δημοτικῆς ἀποβιβάζειν ἐξ ὧν ἐξ ἡμῶν ὁ νόμος εἰς αὐτοὺς ἀποβιβάζει τὸ συμβόλιον*. Gravissima vero quaeque judicia & maxima peragere non potest (id est Senatus) neque publica delicta quae capite launtur punire, nisi ipsius auctoritatem populus comprobaret.

XXII. Quum solemne carmen precationis, quod praefari, priusquam populum alloquantur, magistratus solent &c.

Dimittendae concionis formulam, qua Tribunus plebis utebatur, habet.

(a) Polyb. lib. VI. cap. XIV.

bemus apud Livium (a) : si vobis videtur, discedite virites; ut dimittendi Senatus apud Donatum ad illud Terentii: *Bono animo fac sit Sofrasta* (b), formula fuit: NIHIL VOS MORAMVR P. C. Formulam tamen precationis, qua magistratus uti solebant antequam populum alloquerentur, nec Livius, nec alius quisquam veterum, quod ego sciam, nobis reliquerunt. Si divinare, aut hariolari liceat, suspicio in hac fere verba conceptam:

JUPPITER OPTIME MAXIME TUQUE JUNO REGINA ET CRADIVE MAES VOSQUE DII DEAEQUE OMNES QUORUM NUTU ET IMPERIO NATA ET AUCTA EST RES ROMANA VOS PRECOR QUAESQUE UTI HIC DIES BONUS FELIX FORTUNATUSQUE SIET POP. ROM. QUIRITIUM REIP. POP. ROM. QUIRITIUM SOCIIS NOMINIQUE LATINO MIHIQUE COLLEGAEQVE MEO FIDEIQVE MAGISTRATUQUE NOSTRO, UT QUANDO VESTRO DUCTU OPE ATQUE AUXILIO NEFARIA CONJURATIO DETECTA ATQUE OPPRESSA EST PEREGRINA FOEDAQUE SACRA NEC MORE MAJORUM PUBLICE ADSICITA EX URBE ITALIAQUE UNIVERSA EXACTA SUNT POPULUM PLEBEMQUE ROMANAM BENE JUVETIS. BONIS AUCTIBUS AUXITIS MALA AVERRUNCETIS DEQUE IIS QUI COERUNT CONSPONDERUNT CONJURAVERUNT SUPPLICIUM SUMERE SALVA ATQUE INCOLUMI REPUBLICA POPULI ROMANI QUIRITIUM COPIAM FAXITIS.

XXIII. Hos esse Deos, quos colere, venerari, precarique majores vestri instituerunt; non illos, qui pravis & externis religionibus captas mentes, velut furialibus stimulis ad omne scelus, & ad omnem libidinem agerent.

Paucis Livius, quod pluribus Tertullianus, Arnobius, Lactantius, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Firmicus Maternus, & quotquot defensionem Christianorum adversus Ethnicos susceperunt. Nam quid magis alienum a beata Deorum immortalium natura, quam captas mentes ad omne scelus, & ad omnem libidinem vertere? Sapienter Scythae (c) vitio vertebant Graecis quod sacra Bacchanaliorum celebrarent; negantes rationi consentaneum esse, excogitare Deum qui homines adigat ad insaniam. Ab Anacharsi, eorum Rege, tradit Clemens Alexandrinus (d), fagittis hominem fuisse confossum, qui Matris Deum sacra, quae apud Cyzicenos fiebant, imitabatur. Aliquanto rectius Romani, qui religionem Graecanicam puriorem profitebantur, ut docet Dionysius libro ii, cujus verba, siue interpretis heic afferre lubet, nostrum argumentum mirifice illustrantia: *Hic itaque rebus plurimum curae impendit (Romulus) ad Deorum cultu exorsus: proinde templa & aras sacras, arasque, ac signorum aedicular, tum eorumdem simulacrorum effigies, & insignia, praeter vires & dona, quibus de no-*

stro genere bene sunt meriti; festa item quae cuique Deorum, daemones celebrari convenit, & sacrificia, quibus apud homines coli exarant; ad hanc rationem induciarum, celebritatum, vacationum a laboribus, ceteraque hujusmodi omnia iuxta optimos quosque Graecorum ritus instituit. Ceterum fabulas de istis a maioribus traditis, probra eorum continentes ac crimina, improbas censuit, inutilisque ac indecentes, & ne probis quidem viris dignas, nedom Diis superis: repudiatisque his omnibus, ad bene ac praecare de Diis sentiendum & loquendum ceteros suos indaxit, nihil eis affingi passus quod beatae illi naturae parum esset consentaneum. Neque enim Caelas a suis liberis exsecutus apud Romanos traditor; neque Saturnus proprios natos aboleret, metuentisque ne ipsorum apparetur insidii; non Juppiter Saturnum patrem regno dejectum Tartareo includens carceri; nec item Deorum bella, videra, vincula, servitutisque apud homines. Nullam apud eos festum atratum, aut lugubre agitur, in quo mulieres sublato e medio Deos plantibus, & lamentis prosequantur; qualia sacra Graeci faciunt, rapram Proserpinam, casusque Bacchi referentia, & id generis alia, ac ne corruptis quidem his temporibus apud eos videas arreptos numine, aut ferocem Corybanticum, non agyrtarum circuitionem, non bacchantes & Ceretos mysteriorum ritus, non virorum cum feminis in templis pervigilia, non alia his similia prodigia: sed omnia quae ad Deos attinent religiosius agantur ac dicuntur quam vel apud Graecos, vel apud Barbaros. & quod omnium maxime miratus sum, quatuordecim innumerae nationes in eam Urbem conveniunt, quibus necesse sit patrios Deos domestico ritu colere; nulla tamen peregrina sacra sunt recepta publice, quod multis jam urbibus accidit: sed etiam si aliqua oraculorum iussa aliunde introducta sint sacra, suo tamen ritu peraguntur a civibus, abdicatis omnium fabularum portentis; sicut in Matris Idaeae sacris fit. huic enim Imperatores quotannis Romano ritu viclimas caedunt, & ludos faciunt: sacerdotio vero ejus funguntur Phrygii generis vir & mulier, eamque per Urbem circumferunt, circulatorio ritu stipem Matris colligentes, & petiora plangentes, prosequantibus eor. cum Matro carne tibiis, & tympanorum passu: sed e Romanis indigenis nemo cum Matricis vicatim stipem colligit, nec ad Phrygiorum ritibus modos per Urbem incedit variis indutus stola, nec ex decreto Senatus Phrygiae matris orgia celebrat. Tanta est religio erga ritus externos, omnisque indecora vesania reformidat. Hinc intelligas illa Tullii ii. de legibus: Nocturna mulierum sacrificia ne sunt, praeter olla, quae pro populo rita fiant. Neve quem inlatant, nisi ut asslet Cereri, Graeco sacro. Item illa: Ex patris ritibus optima colunt, praeter Idaeae matris famulus, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito. Et aliquanto inferius: Stipem sustulimus, nisi eum, quam ad paucos dies propriam Idaeae Matris exceperimus: implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. Et de sacris Bacchi docet ii. de natura Deorum, non fieri Semel filio, siue daemone, siue heroi, sed longe majori Divinae menti: sic enim accipienda videntur illa: Suscepit autem hominum consuetudine communis, ut beneficiis excellentibus viros in caelum jam de voluntate tollerent. Hinc Bacchus, hinc Castor & Pollux, hinc Aesculapius.

(a) Liv. ii. (b) *Adelphi* di. iii. sc. v. (c) *Strabo* in *Megasthenes*. (d) *Prolog.* p. 4. 14.

XXV. Majores vestri ne vos quidem, nisi quum aut vexillo in arce posito comitiorum causâ exercitus editus esset, aut plebi concilium Tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temerè coire voluerunt.

Concilium à comitiis accuratè separat Livius: concilium enim ad partem populi spectat, comitia ad universum. Exercitum edere heic est classes & centurias in campum Martium ad ferenda suffragia de rebus maximis educere, veluti ad magistratus majores creandos, leges ferendas, judicia exercenda, bellum decernendum. Centurias autem cum armis unicuique classi propriis adfuisse oportuit. Dionysius lib. VII. (a) τῶν τε δὲ τῶν ἀλλήλων τῶν τε τῶν ἀλλήλων ἀπὸ τῶν ἀλλήλων ἐκ τῶν ἀλλήλων πταρῖσθαι, ὡς τῶν ἀπὸ τῶν ἀλλήλων. Conveniebaturque multitudo ante Urbem in campum Martium sub signis cum suis centurionibus, non secus ac in militia. Itaque, ut militari ratione omnia fierent, vexillum in arce Capitolina ponebatur: & forsitan ut curiatis comitiis per triginta lictores curiae vocabantur, ita centuriatis centuriae & classes per vexillum ex arce conficiuntur; maximè si propter magnitudinem rerum, aut periculi, post Senatus auctoritatem, non satis temporis ad edictum Consulis aut Dictatoris proponendum suppetere; neque trinundinum expectandum è republica videretur.

Haec concio, de qua agimus, videri potest ad populum habita, tanquam comitiis centuriatis, si attendas Tullii verba, superius allata ex libro II. de Legibus: *Quo in genere severitatem majorem Senatui vetus auctoritas de Bacchanalibus, & consilium exercitus adhibito quaestio animadversioque declarat.* Verùm Livius apertè inquit, Consules verba fecisse pro Rostri, & in foro: ex allato autem Dionysii loco satis constat, centuriata comitia in campo Martio extra pomerium semper habita; quod pluribus probant Nic. Gruchius (b), & Joh. Rosinus (c), Gellii praefertim verbis (d) ex libro Laelii Felicis ad Q. Mutium: *Centuriata autem comitia (inquit) intra pomerium fieri nefas esse, quia exercitum extra Urbem imperari oporteat, intra Urbem imperari juri non sit; propterea centuriata in campo Martio haberi, exercitumque imperari praefecti causâ solitum: quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.* Sed haec postrema profus incepta sunt. Nam ipse populus, qui suffragia centuriatis comitiis in campo Martio, & sub signis ferebant (ut ex Dionysio didicimus) exercitus erat, collectus ex classibus, centuriisque majorem natu, qui Romae remanebant ad Urbis custodiam; ut fuscè idem Dionysius ostendit libro IV. (e), tibi de Ser. Tullii prudentibus institutis verba facit. Non erat igitur opus alio exercitu praefecti causâ extra pomerium: nam qui metus esse poterat, nisi ab ipso milite? Immo quanam liberae liberi populi voces inter horrentia pila, ferocientisque milites, & sub Consulis imperio, minitantis potius quàm suadentis, exaudiri potuissent? Ipse, in-

(a) pag. 464. (b) De comitiis lib. I. cap. V. (c) Antiq. lib. VI. cap. XI. (d) lib. XV. cap. XXVII. (e) pag. 155, Edit. Hoffm.

inquam; populus satis validum praesidium centuriatis comitiis sibi erat. Quomodo igitur constabit Ciceronis *EXERCITUM ADHIBITO*? quando de comitiis centuriatis post Senatusconsultum de Bacchanalibus nulla sit mentio apud Livium? neque exercitus Consulis praefecti causâ centuriatis comitiis adesse consuevit? Dixerim, de eo exercitu accipiendum esse Tullium, qui mox in Ligures ab altero Consulum Q. Marcio ducendus erat: vero est enim per quam simillimum, in magna Urbis trepidatione exercitum ad subitos rerum eventus in armis extra pomerium stare jussim; ejusque traditam Consuli Postumio traditam, donec quaestiones perficerentur, & Bacchanalia per totam Italiam diruerentur.

XXVI. Hoc sacramento initiatos juvenes milites faciendos censetis, Quirites? iis ex obsceno sacratio deductis arma committenda?

Nempe quanam semiviris, & omnis turpitudinis genere inquinatis curâ esse potest virtutis ac decoris? Probatae enim famae militibus uti consueverunt Romani. Polybius fragmento de militia Romana (a): *ἐνδοξοῦσι δὲ ἐκ τῶν ἀλλήλων τῶν τε τῶν ἀλλήλων ἀπὸ τῶν ἀλλήλων πταρῖσθαι, ὡς τῶν ἀπὸ τῶν ἀλλήλων. Euste caeditur etiam qui furto sustulerit quippiam è castris, nec non qui falsum testimonium dederit; & si quis flore detrahi abutens deprehendatur.* Insigne apud Valerium extat exemplum C. Pescennii Triumviri capitalis (b): *Qui Cornelium fortissimè militiae stipendia emeritum, virtutisque nomine quater honore principis ab imperatoribus donatum, quid cum ingenuo adolescentulo stupri commercium habuisset, publicis vinculis oneravit.* Item Cominii Tribuni plebis, qui diem ad populum dixit M. Laetorio Mergo tribuno militari, quid cornicularium suum stupri causâ appellasset... *Signa illam militaria, sacrae aquilae & certissima Romani Imperii castos severa costrictorum disciplina, usque ad inferos persecuta est. quoniam cujas MAGISTER ESSÉ DEVERBAT, junctiati corruptor tentabat existere.* Equidem hostes ferire, praesidia agitare, nihil metueret nisi turpem famam, hyemem & aestatem juxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam, & laborum tolerare si sciant milites, uti C. Marius de se praedicabat, apud Sallustium (c); hi demum Reip. ex usu erunt. Quamobrem nunquam à me impetrare potui ut laudarem vetustum in civitate nostra iudicium rerum capitalium morem, qui non ad opus & metalla, non ad transita & remos damnare purgamenta & faciem vulgi quandoque consueverunt, sed ad militiam & bellicos labores in arcibus subeundos: quasi vero pudenda res esset militia, aut viri fortis officium à pessimis hominum expectari posset. Itaque honesti cives probro sibi ducunt inter gregarios milites nomen dare, vulgoque pessimo cuique pro *abi in malam crancem* dicimus, *abi & milita.* Con-

(a) ex lib. VI. (b) lib. VI. cap. I. item X. XI. (c) De Bell. Jugurth.

Contra, longa plurium annorum experientia compertum est, non praesidiarios arcibus imponi, non milites castris contineri, non bellatores adversus hostem duci, gloriae & laudis cupidos; sed ignavos inerteque, honestum in pectore vulnus metuentes, & saepenumero nefarios proditores, aut transfugas. Haec omnia docet magistra flagitiorum voluptas. Rectissime Tarentinus Architas apud Tullium (a): Hinc patriae proditores, hinc verumpublicarum everfiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullam denique sectam, nullum malum facinorae esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret.

XXVII. Nunc illi vos singuli universos concionantes timent: jam, ubi vos dilapsi domos & in rura vestra eritis, illi coierint, consultabunt de sua salute simul ac vestra perniciem; tum singulis vobis universi timendi erunt.

Danda est opera, ne faciosis ex numero crescat audacia: ut enim Lucanus inquit (b):

Non pavidi jam murmur erat, nec pectore caeco
Ira latens: nam quae dubias constringere mentes
Causa flet, dum quisque potest, quibus ipse timori est,
Seque putat solum regnorum iniusta gravari,
Haud retinet, quippe ipsa metas exoleverat audax
Turba fas, quidquid multis peccatur inultum est.

Inde majus periculum in militaribus seditionibus. Paterculus (c): Sabina deinde exercitu seditione, qui plerumque contemptus frequentiam suam a disciplina desecit; & quod cogere se putat posse rogare non subinet, partim severitate, partim liberalitate discessit Principis. Tacitus quoque i. Annal. lili quoties oculos ad multitudinem retulerunt, vocibus truculentis ferebat. Contra pauci nihil agere vel audere, vel possunt. Livius (d): Deinde paucitate parum freti, quae celandae rei quam agendae aptior, erat &c.

Jam, ubi dilapsi domos & in rura vestra eritis, inquit, noster. Nam honestissimi, praestantissimi Romanorum rure debebant, ut nunc Galli faciunt. Varro initio lib. ii. de Re rustica: Viri magni nostri maiores non sine causa praeponebant (e) rusticos Romanos urbanos; ut ruri enim qui in villa quiescunt ignaviores, quam qui in agro versantur in aliquo opere faciundo, sic qui in oppidis sedent, quam qui rura coerent. desidiores putabant. Fere eadem habet Columella libro i., ubi inquit etiam: Illi enim temporibus (ut ante jam diximus) proceres civitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, a villis arcescebantur in Senatum, ex quo qui eos vocabant, viatores nominati sunt (f). Cicero de Senectute: In agris erant, tum se-

natores, id est senes. Siquidem avanti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est, cum Dissatorem esse scilicet: caji Dissatorem iussu Magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Melium, regnum appetentem, occupatum interemit. a villa in Senatum arcescebantur & Curia, & ceteri senes ex quo qui eos arcescebant, viatores nominati sunt (a). Inde disscit Appio Claudio cogendi Senatum ad compescendam plebem, & incepta Icili & Virginii, apud Livium libro iii.

XXVIII. Nihil enim in speciem fallacius, quam prava religio.

Quam flagitiosa ac propudiosa fuerint sacra Dionysia, & Bacchanalia, jam diximus; quam inquinati corruptique mores sacerdotum Deae Syriae, nullis non fallacis ac technis plebeculam ludificantium, dum per compita & villas Deam mendicare cogent, offendit graphicè Apulejus (b), aliique. De istis accipiendus Valerius, quum de Massiliensium civitate (c) inquit: Omnibus autem, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiae quaerunt, clavis portas habet, & mendosam & fucosam superstitionem submovendam esse existimant. Nullum non malum suadet prava religio: Tacitus uti. Annalium: Nec ultum satis validum imperium erat coerendis seditionibus populi, flagitia hominum, ut ceremonias Deum protegentis. Sapienter Plutarchus in eo quem de superstitione scripsit libro, circa finem, inquit, homines in impietatem non idcirco delapsos quod in rerum hac universitate culpandum aliquid inordinatumque videretur: ἀλλὰ τὸ δεισιδαιμονίας ἔργα & ἀδὴν κατὰ δῆλα, & φηῖα, & κρηῖα, & γονταί, & μαγῆαι, & ἀειδόμεναι, & τυτανισμοί. & ἀδαπτοὶ ἰσοῦ καδαρτοί, ὑπάρει δὲ ἀρῆαι, ἑαῖ- Capri δὲ & παρῆτοι ἀπὸς ἰσοῦ καδαρτοί & ἀποσπῆδατοι. Ταῦτα δὲ ἰσοῦ ἀπὸς ἀρῆαι ὡς μὴ ἵ) δεισιδαιμονίας, ἢ ἵ), τοῖατα ἰσοῦ δεισιδαιμονίας, τοῖατα ἵ) καδαρτοί, οἷον ἵ) ὑπάρει, οἷον ἵ) μικρολόγος, & μικρολόγος. ἑαῖ αὐτοὶ οὗτ' ἰσοῦ καδαρτοί δεισιδαιμονίας & ἀδαρτοί τοῖατατα μὴ ἰσοῦ ἰσοῦ δεισιδαιμονίας, οἷον ἰσοῦτα, ἢ δεισιδαιμονίας ἰσοῦτα καδαρτοί ἀπὸς ἀρῆαι καδαρτοί ἀπὸς ἰσοῦτα & ἀδαρτοί ἰσοῦτα ἰσοῦτα ἰσοῦτα, sed ridicula superstitionis opera atque affectus, verba, motus, praestigiae, incantationes, circumversutiones, tynapanorum pulsationes, lustrationes impurae, sordidae castimoniae, barbarica & iniusta in templis supplicia, ac contumeliae occasione exhibuerunt nonnulli dicendi, praestare nullis esse Deos, quam qui talia probent, istiusque delibenter, adeoque sine contumeliis, sordidi, & morosi. Nonne enim magis expectabat Gallis istis & Scythis nunquam in mentem venisse aliquid de Diis, nihilque eos de ullo numine imaginatos fuisse, aut audita percipisse, quam opinari Deos esse, qui sanguine jugulatorum hominum gau- deant, idque esse perfectissimum sacrificium stantur? Hinc Tullius occasione pro Cluentio circa finem: Quin etiam nocturna sacrificia, quae putant occultiora esse, sceleratasque ejus preces, & nefaria vota cognovi-

(a) de Senectute. (b) Apuleius, lib. V. cap. 11. (c) de Re rustica. (d) de Senectute. (e) de Re rustica. (f) de Senectute.

(a) Vide Rudin. lib. VI. cap. XV. (b) lib. VIII. Metem. (c) lib. II. cap. VI. comment. VII.

mus : quibus illa etiam Deos immortales de suo scelere testatur; neque intelligit pietate, & religione, & iustis precibus Deorum mentis, non contaminata superstitione, neque ad scelus perficiendum castis hostiis posse placari. cuius ego furorem atque crudelitatem Deos immortales de suis aris atque templis aspernatos esse confido.

XXIX. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, Senatusque consulta, aruspicum denique responsa liberant. Quoties hoc patrum avorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent?

Nemini ultionem divinam pertimescendam esse, quod arcana implaque sacra detegeret; quum iure publico Pop. Rom. nefas esset Deos alienos, advenas, nec publice adscitos colere (a). Revocanda in memoriam esse decreta pontificum, aruspicum responsa, divini juris interpretum, & Senatusconsulta de Diis peregrinis arcendis. In legibus Regis scriptum erat, ut ex antiquissima tabula descripsisse Balduinus affirmat (b): DEORVM FAEVLAS NE CREDVNT, DEOS PEREGRINOS PRAETER EAVNYM NE COLVNT. NOCTVRNAS IN TEMPIO VIGILIAS NE HABENT, Unde Tullius (c): SEPARATIM NEMO HABESSIT DEOS, NEVE NOVOS, SED NE ADVENAS, NISI FVBLICE ADSITOS, PRIVATIM COLVNT. CONSTRVCTA A PATRIBVS DELVERA HABENTQ.

Senatus A. U. CCCXXXV. dederat negotium Aedilibus, ut animadvertenter, ne qui nisi Romani Dii, neu quo alio more quam patrio colerentur, ut habet Livius (d). Item A. U. DXL. Coll. Q. Fabio Max., Tib. Sempronio Graccho II. quam maxima in Urbe mulierum turba esset nec sacrificantium, nec precantium Deos patrio more, M. Atilio Praetori Urbis negotium ab Senatu datum est, ut his religionibus populum liberaret. Atilius pro concione Senatusconsultum recitavit, & edixit: Ut quicumque libros Vatinios, precationesque, aut artem sacrificandi scriptam haberet, eos libros omnes, literasque ad se ante Calend. Aprilis deferret: neu quis in publico, sacrove loco, NOVO, AVT EXTERNO RITV SACRIFICARET (e). Hinc Tullius (f): Publicus autem sacerdos imprudentiam consilio expiari metu liberet, audaciam in admittendis religionibus foedis damnet atque impiam iudicet.

(a) Confer Dionysii locum supra allatum, pag. huius operis 116. 117. (b) apud Rolin. lib. VIII. cap. V. quod ex Dionysio videtur delatum. (c) lib. de Legibus. (d) lib. IV. (e) Item Livius lib. XXV. (f) lib. II. de Legibus.

XXX. Vatinios libros conquirent; comburentque: omnem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent.

Sacrificandi disciplinam ut plurimum à Graecis (a), sed hauscipiam & ostentorum procuratorem maximè ab Etruscis Romanis accipere. Etruria autem (inquit Tullius 1. de Divinatione) de caelo tanta scientissimè animadvertit eademque interpretatur quid quibusque ostendatur monstris, atque portentis. Quo circa bene apud maiores nostrorum Senatus, cum florebat imperium, decrevit ut de principum filii sex singulis Etruriae populi in disciplinam traderentur, ne aris tanta propter temeritatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem, atque quaestum. Cuius rei rationem tradit pauli inferius: Etrusci autem quid religione imbuti studiosius & crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni se maximè dederunt: quidque propter aeris crassitudinem de caelo apud eos multa fiebant, & quid ob eandem causam multa inastata partim de caelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu & satum, ostentorum exercitissimè interpretes existerunt; quorum quidem vim, ut tu soles dicere, verba ista prudenter à maioribus posita declarant. quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, praedicant, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Locus Tullii, de principum filii sex singulis Etruriae populi, criticorum ingenia mirum in modum torquet: nam decem, non sex habet Valerius lib. 1. cap. 1: Tantum autem studium antiquis non solum observandae, sed etiam amplificandae religionis fuit, ut florentissimam tam & opulentissimam civitatem decem principum filii Senatusconsulto singulis Etruriae populi, percipiendae sacrorum disciplinae gratia, traderentur. Itemque decem videtur in Cicerone legisse Lipsius notis ad Valerium. Dubitandi causam praebet Dionysius Halicarnassaeus, qui lib. VI. & IX. duodecim fuisse inquit Etruriae populos, sive civitates. Si igitur in singulas Etruriae civitates missi singuli principum Romanorum filii, jam constat numero fuisse XII., non VI., non X.; itaque tam apud Ciceronem, quam apud Valerium erit numerus corrigendus. Si sex in singulas civitates, uti sonant Tullii verba, emerget numerus LXXII.; & Valerius omnino corrigendus, ne fiat nimis adolescentium Romanorum numerus, CXX. Sex enim singulis Etruriae populi, vel decem singulis Etruriae populi, nemo Latine doctus (aut ego valde fallor) ita accipiet, ut sex, aut decem in universum adolescentes, traditi fuerint Etruriae quotquot erant civitatibus; ut accipere videtur Th. Dempsterus (b), quum inquit: Quam ego gravem controversiam ita componendam censo, ut è duodecim illis primariis civitatibus sex fuerint dignitate eminentiores, ac praerogativa quadam ceteris praelatae; quare Cicerō sex optimatum filios in sex praecipuas è duodecim Tusciae civitates amandatos scribit. Conjecturam de sex praecipuis civitatibus laudo. Verum non hoc inquit Cicerō, sex in totum optimatum filios Etruriae civitatibus in disciplinam traditos, sed sex singulis Etruriae populi;

(a) Dionys. lib. VII. pag. 498. (b) Etruriae Regalis lib. IV. cap. VIII.

pali; ut numerus necessarius fuerit LXXII, si XII dicantur fuisse Etruscorum populi. Quod nec mirum: neque enim quotannis mittendi erant; neque senarius haruspicum numerus sufficere poterat Romanis, Urbe, rurē, in coloniis, in municipiis, in provinciis, in castris, apud signa, & ubique offensa & prodigia procurantibus. Longē aliae fuere XII Urbis cistibernae à Tyrrhenis habitatae, quarum caput fuit Capua, de quibus meminit Strabo libro V.

Ceterum disciplina sacrificandi continebatur libris Pontificum ex Instituto Numae Pompilii: de quo Livius lib. I.: Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus legit: eique omnia exscripta exsignataque attribuit: quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent: atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privatque sacra pontificis scitis subiecit: ut esset quod consultum plebi veniret; ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinisque adiscendo, turbaretur. Dionysius (a) tradit, Numam omnia, quae ad religionem pertinebant, octo libris fuisse complexum, juxta totidem sacrorum classes. Itaque primam sacrorum munus institutionem tradidisse triginta Curionibus, qui publica pro suis curialibus sacra faciebant. Secundam Flaminibus (quos Graeci *ῥαμνίους* vocabant) à pileorum & coronamentorum gestatione dictos, quae flamina à Romanis dicebantur. Tertiam Tribunis celerum, regii corporis stipatoribus, qui pecularia quaedam ac solemnia peragebant sacra. Quartam Auguribus, quorum erat signa divinitus edita interpretari, ac enarrare quid ea publice privatimve indicarent. Quintam Virginibus Vestalibus, quibus sacrum perpetuumque ignem custodiendum tradidit, Albano instituto, quum templum Vestae aedificasset. Sextam Salis XII, à se institutis, delectisque è juvenum patriciorum numero, qui sacra in Palatio peragebant, armatique choreas per urbem ducebant; & si Graeco nomine interpretari velis, sunt *ῥήτορες* (b). Septimam sacrarum legum partem dedidit *fecialibus*, quos Graeci *ἐπιποδίας* dicebant, pariter ab ipso Numa institutis. Spectabant potissimum hae leges ad *jus Gentium* sanctissime colendum: nam quid fas, quidve nefas esset in bello decernendo, indicendoque, quid in pace servanda, omnique conatu custodienda, complectebantur. Octavam tandem Pontificum collegio: quorum erat omnes lites de re sacra judicare; uti & inter privatos, & magistratus, & sacrorum ministros; sancire de sacris, quae nondum usu recepta fuissent; inquire in omnes magistratus, quibus sacrificia, & Deorum cultus erat commissus; sacrorum ministros in officio continere, ne quid contra sacras leges delinquerent; Deorum cultum rudi vulgo praemonstrare, & interpretari; animadvertere pro delicti magnitudine in eos, qui sua praescripta contemnerent. Ipsi contra, à judiciis & multis immunēs, nec Senatui, nec populo rationem reddere tenebatur. In defuncti autem locum alius ab ipso collegio, ex omni civium numero maximē idoneus judicatus, non populi suffragiis eligebatur. Horum omnium auctor Numa: & nihilominus Ann. Urbis DLXXXIII M. Baebio Tamphilo, P. Cornelio Cethego Coss. reperti Numae libri de jure

jure sacrorum, quia ad solvendam religionem facere videbantur, cremati sunt. Livius libro XI. Eodem anno in agro L. Petilii scribae sub Janiculo, dum cultores agri alius moluntur terram, duae lapideae arcae, octonon ferreae pedes longae, quaternos latae inventae sunt, operculis plumbo devinctis. Literis Latinis Graecisque utraque arca inscripta erat. in altera Numam Pompiliam, Pompeius filium regem Romanorum sepultum esse, in altera libros Numae Pompilii inesse. Eas arcae quum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quae titulum sepulchri regis habuerat inanis inventa, sine ulla vestigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus absuntis. In altera duo fasces, candelis involuti, septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie: septem Latini de jure Pontificio erant, septem Graeci de disciplina sapientiae, quae illius aetatis esse potuit. Adjicit Antias Valerius, Pythagoricos fuisse, vulgatae opinioni, quae creditur Pythagorae auditorem fuisse Numam, mendacio probabiliter accommodata fide. Primis ab amicis, qui in re praesenti fuerant, libri scilicet; mox pluribus legentibus quum vulgarentur, Q. Petilio Praetor Urbanus, studiosus legendi eos libros, à L. Petilio sumpsit. Et erat familiaris usus, quid scribam cum quaevis Q. Petilius in decarium legerat. Ipsi rerum summis, quum animadvertisset pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petilio dixit, sese eos libros in ignem conjeciturum esse. Prius quam id faceret se ei permittere, uti, si quod seu jus, seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur; id integram suam gratiam cum sacrum. Scriba Tribunos plebis adit, ab Tribunis ad Senatum rei est rejecta. Praetor se jusjurandum dare paratum esse agebat, libros eos legi servarique non oportere. Senatus censuit, satis habendum quid praetor jusjurandum polliceretur. Libros primo quoque tempore in comitio cremandos esse, pretium pro libris quantum Q. Petilio praetori, majorique parti tribunorum plebis videretur, domino esse solvendum. Id scriba non accepit. Libri in comitio, igne à vicinariis facto, in conspectu populi cremati sunt (a). Scriba Cu. Terentius est Plinio (b), qui paulo aliter rem narrat ex Annalibus Cassii Heminae, & Commentariis C. Pisonis. Plutarchus (c) ex Valerio Antiate scribit, duodecim latinos repertos de rebus sacris, totidemque Graecos de studio sapientiae. Tumulum perruptum magnis imbibus, arcaque elavie erutas, quarum opercula vetustate deflexerant: libros tamen ex Petilii Praetoris sententia crematos: *δὲ οὗτοι κοινὸν δόξαν οὐκ ἔχοντες τὸς ἑκάστων κταμένας. Quare delati in comitium libri cremati sunt.* Sic Augustus: Quiddam satidicorum librorum Graeci, Latiniq; generis, nullis, vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac soli retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito: condiditque duobus foralibus auratis sub Palatini Apollinis basi (d).

(a) lib. II. pag. 124 = 111. (b) Plin. lib. XIII. cap. XIII. (c) in Numa pag. 74. (d) Sueton. lib. Aug. cap. XXXI.

XXXI. Ne quid fraude noxiorum periculi ac tumultus oriatur.

Magnum imminet periculum, ubi metus poenae noxios ad desperationem adegit: nam, ut inquit Seneca in Hercule Oetaeo, v. 443.

Contempsit omnes ille, qui mortem prius.

Et Juvenalis Satyrâ vi. v. 284.—285,

nil est audacius illis

Deprensâ; iram atque animos à crimine sumunt.

Huc faciunt illa Taciti 1. *Annal.*: Nihil in vulgo modicum: terrere non pareant: ubi pertinuerint, impune contemni: & infra de Maenio castrorum Praefecto: postquam intus latebrae, praesidium ab audacia mutatur. Nam quum desperatio, auctore Tullio (a), sit aegritudo sine ulla rerum expectatione meliorum, omnia audere, ac pati, ut ad salutem aliquo modo evadantur, desperati solent; saltem ut cum aliqua fama fortitudinis haud inulti mortem oppetere videantur; & si fors tulerit, etiam evadant.

XXXII. Capita autem conjurationis constabat esse M. & L. Catinius de plebe Romana, & Faliscum L. O. piternum, & Minium Cerrinium Campanum. ab his omnia facinora, & flagitia orta; eos maximos sacerdotes, conditoresque ejus sacri esse: data opera est ut primo quoque tempore comprehenderentur.

Et Falisci (b), & Campani erant Etruscae originis: idcirco Bacchanaliorum studiosi, quae Graecus ignobilis in Etruriam invexerat. Hi Romae sacerdotes & conditores turpis sacri. Hi merito poenas dederunt unâ cum Romanis Catiniis. Nec tamen à suppliciis cessatum, sed ultra fecit. Sic detectâ Tarquinienfium conjuratione summam severitatem inter tutiora consilia habuere Romani. Dionysius libro v.: Tarquinii conjurationis indicibus dari jus civitatis, & utrique argenti decies millenas drachmas, & agri ex publico vicena jugera: socios autem conjurationis comprehendere & necari, si idem videretur populo. Quumque collecta multitudo ratum faceret Senatus decretum, iusserunt è foro secedere qui ad concionem convenerant; deinde ministros cum gladiis accesserunt, totamque conjuratorum turbam trucidare iusserunt. qui fontes, quo loco circumclasi erant, undique cincti omnes ad unum conspicerent. Quo facto, consules contra neminem amplius admitterent judicium: sed quotquot è conspiratis praesentem poenam effu-

29-

issent, omnes absolverunt à crimine, ut omnis turbarum materia aboleretur. Livius, cui major in hac re adhibenda fides, haud conclusam turbam, & trucidatam scribit, sed ita rem gestam narrat, ut facile intelligas, conjuratos in vincula coniectos, demum damnatos & securi percussos fuisse. Sic enim ait lib. II.: Consules ad deprehendendos legatos, conjuratores profecti domo, sine tumultu rem omnem opprresse. Et infra: Divitiis bonis regum, damnati proditores, sumtumque supplicium.... Tandem Consules in sedem processere suam: missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgines caedunt, securique feriunt. Sic libro XXII. de conjuratione Carthaginiensium servili: Haud ita multo post ex ejusdem conjurationis reliquiis nuntiaturum est servitia Praeense occupatura. Et L. Cornelius Praetor profectus de quingentis fere hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumit. Est tamen ubi mitius agendum pro temporum ratione, & magnitudine periculi. Idem Livius (a): Consules per paucorum supplicium, quos sibi ipso conficivisse mortem satis creditum est, transacta re, nequere tamcū consequi ut non aegerrime id plebs ferret. Quod an è republica fuerit, serio animadvertant politici: ut enim inquit Sallustius ad Caesarem de rep. ordinanda: Cuncta imperia crudelia magis acerba quam diuturna arbitror: neque quumquam in multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recedat. & infra: neque quisquam te ad crudeles poenas, aut acerba iudicia invocet, quibus civitas vastatur magis quam corrigitur. Quod spectant illa Augustini (b): Magis monendo, quam minando. Sic enim agendum cum multitudine peccantium. Severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Itaque sortitionem excogitant viri prudentes, ut unus è multis, aut decimus quisque, vel vicimus peccantium poenas lueret. Cicero pro Cluentio: Ne nimium multi poenam subirent, sortitio comparata est: quae tamen Tiberii aeo fere obsoleverat, ut ex Tacito liquet (c): Quae postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) compta, magis dedecore suorum quam gloria hostis anxius, raro ea tempestate, et e veteri memoria facinore, decimum quemque ignominiosae cohortis sorte ductos fuisse necat. quod genus fuisse militaris animadversionis supra ex Polybio vidimus. Decimationis exempla habes apud P. Fabrum *Jensenium* lib. 1. cap. XVIII. (d)

Illud in allatis exemplis notatu dignum est, neminem conjuratorum ad sana & aras Deorum confugisse. Insuper igitur sceleris ne Romuli quidem asylum patebat, contra quam vulgus tradunt (e). Nec silentio praetereundum quod tametsi ex solo consensu nemo poenae subijci consuevit (f), in principatu tamen conjurationis consilii puniuntur (g); si quidem facti initium conjunctum fuerit cum voluntate peccandi (h).

XXXIII. Ad

(a) Tacitus, quæst. III. IV. (b) Dionysius, Etrus. Rep. lib. IV. cap. XII.

(c) lib. IV. (d) Epist. LXIV. (e) III. *Annal.* (f) Vide Græc. de Jur. Bell. Et per. lib. III. cap. XI. §. XVII. (g) Vide Consilium lib. V. cap. XXIII. (h) L. I. D. de parit. (i) L. I. C. de leg. Jul. majest. (k) Consil. ad l. 1. §. 2. de P. S.

XXXIII. Adducti ad Consules, fassique de se nullam moram judicio fecerunt.

Juvenalis *Satyra* XIII.

*Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
Displect auctori. prima est haec alio, quid se
Judice nemo nocens absolvitur, improba quamvis
Gratia fallacis Praetoris dixerit urnam.*

& infra v. 193. — 198.

quos divi conscia fassii
Mens habet attonitos, & surdo verberare caedit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Poena autem vehemens, ac multis saevior illis,
Quas & Ceditius gravis invenit, aut Rhadamantus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Quae desumpta videntur ex Lucretii libro III. v. 1031. — 1032.

at mens sibi conscia fassii
Praemetuens adhibet stimulos, torretque flagellis.

Redè Petronius: *Dii, Deaque! quàm malè est extra legem viventibus
quidquid meruerant semper expectant.* De Cornelio Cethego Cicero 1.
in *Catilinam*: *Tum ille, subito scelere demens, quanta conscientiae vis
esset, ostendit. Nam quum id posset inficiari, praeter opinionem omnium
confessus est. Et pro Milone: Magna vis est conscientiae, Judices, &
magna in utramque partem: ut neque timeant qui nihil commiserint,
& poenam semper ante oculos variari putent qui peccavint.* Item pro
L. Calpurnio Pisone: *Sua quemque frangi, suum facinus, suum scelus,
sua audacia de sanitate ac mente deturbat. haec sane sunt impiorum
furiae, haec flammae, haec facies.* Hinc Plautus *Mossellaria* Actu III. sc. 1.

at quàm timeo miser!
Nihil est miserius quàm animus hominis conscius.

XXXIV. Quia multis actiones & res peribant, cogentur praetores T. Maenius, & M. Licinius per Senatum res in diem tricesimum differre, donec quaestiones à Consulibus perficerentur.

Perire pro exingui, evanescere de rebus etiam inanimatis frequentissimè usurpatur; ut *perire tabellae* apud Propertium (a).

Ergo tam doctae nobis perire tabellae?

Scripta

(a) lib. III. Eleg. 12.

Scripta quibus pariter tot perire bona.

Et alibi apud eundem dicitur *hora perire* (a):

Hic ubi Tartareae non perit hora morae.

Et *perire noctes* lib. II. El. 21. Sic Lucretius (b):

*Sin ea, quae fructus cumque ei, perire profusa,
Vitaque in offensa est, cur amplius addere quaeris
Rursum quod pereat male, & ingratum accidat omne?*

Hinc commodissimè Ulpiano Jurisconsulto (c) dicitur *argentum perire*: Si cum emere argentum velles, vascularius ad te detulerit, & reliquerit; & cum displicuisset tibi, seruo tuo referendum dedisti, & si ne dolo malo & culpa tua perierit, vascularius esse detrimentum. Sic patrono dicuntur *perire dies* apud Paulum lib. XI. ad *Edictum* (d): Sed qui dies interea cesserint, dum Romanus venit, patrono perire. Et actiones Cajo, libro ad *Edictum Praetoris Urbani* (e): Omnes actiones, quae morte, aut tempore percunt, semel inclusae iudicio salvae permanent.

Dum itaque quaestiones haberentur à Consulibus, multis peribant actiones; non inquam actiones perpetuae civiles, quae ex legibus, & Senatusconsultis descendebant, sed temporales ex *Edicto Praetoris*; & maxime poenales, ut *furti, damni injuriae, injuriarum atrocium, de incendio, ruina, naufragio, rate nave expugnata*, de quibus Ulpianus lib. II. ad *Edictum* (f). Temporalis, & tantum per sex menses utiles, inter *Aedilicias actio redhibitoria*, ut tradit Ulpianus ad *Edictum Aedilium Curulium* (g), & Papinianus libro XII. *Responsorum* (h). Item *recessoria*, quae datur contra jus civile (i). Hinc frequens disceptatio, an ejus temporis postremum diem sufficiat coeptum esse, an oporteat esse finitum, ut actio dicatur extincta (k).

Quum igitur non esset experiundi potestas adversus fugam dilapsos, vel quaestionibus capitalibus implicitos; quidam etiam accepta occasione turbatae civitatis latitarent, sed revera iudicii vitandi causa (l); necessarii plerisque actiones temporales, & in personam peribant: dilabantur enim certi legitimique dies vocandi in jus, & contestandi litem, quod est Cajo *actionem iudicio includere*: nam lite contestata temporales actiones fiebant perpetuae. Et hoc est, quod inquit Paulus libro XXIV. *quaestionum* (m): Neque enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercecentes, sed meliorem, ut solet dici, in his actionibus, quae tempore, vel morte finire possunt.

Peribant etiam res, puta si essent ex earum genere, quae servando non servantur; & plurimae earum, quas actionibus depositi, commodati, ex empto, ex donato repetere oportebat; maxime si pactum speciale intercessisset, eas periculo emptoris, vel venditoris per aliquot dies fore. Unde Ulpianus (n): Item si res tempore periturae sunt, aut actionis dies

(a) lib. IV. Eleg. 1. (b) lib. II. v. 213. — 215. (c) l. 20. §. ult. D. de praescriptis, verbi.
(d) l. 20. §. 1. D. de oper. liberis. (e) l. 219. D. de rebus, fin. (f) l. 9. de furtis. (g) l. 19. §. 1.
ult. D. de aedilicia Edicta. (h) l. 25. vel. ult. (i) §. velis est iudici, de actione. (k) Diocletianus, ad tit.
de allegat. & action. resp. VIII. (l) Ut l. 3. D. de iudicio. (m) l. 20. D. de manumissis. (n) ult. l. 3. D. de furtis.

dies exiturus est. De his sane rebus ius dici posse, inquit, etiam me-
sis, & vindemiarum tempore, ne propter huiusmodi serias pereant
actiones.

XXXV. Mulieres damnatas cognatis, aut quorum in manu essent, tradebant.

Sic Valerius (a) : *Constituta severitate Senatus postea usus, Sp. Postu-
mio Albino, & Q. Marcio Philippo Coss. mandavit, ut de his, quae sa-
eris Bacchanalibus incestu usae fuerant (incestu, coitu non legitimo, sine
cestu. Alii legunt incestae Iisae. Forsan legendum incestuosae fuerant)
inquirent. A quibus cum multae essent damnatae, in omnes cognati
intra domos animadverterunt. Et commate sequenti de Publicia & Li-
cincia inquit quae Postumiam Albinam Consulem, item
Liciniam quae Claudium Asellum, viros suos, veneno necaverant, propin-
quorum decreto strangulatae sunt. Recte, quantum ad historicam veri-
tatem attinet; quam tamen Valerius, dum argutias pro suo ingenio sa-
ciatur, corrumpit, subdens: non enim putaverunt severissimi viri in tam
evidenti scelere longum publicae quaestioni tempus expectandum. Atqui
nemo veneficium evidenti scelus appellaverit; nec nisi more & instituto
majorum mulieres iudicio propinquorum permittit: immo ex lege Ro-
muli Dionysius lib. II. (b) *ἀποκρίματα δὲ τῶν ἀδικημάτων ἐλά-
ττω, & τὸν μὲν τῶν τῶν τιμωρίας ὑπόκειν. τὰ δὲ οἱ ἐκείνους μὲν τὸν
ἀποδοῦν ἐδίδουσαν. Si autem aliquid peccasset, poenam luebat ex mari-
ti lues arbitrio. De huiusmodi criminibus cognati cum ipso cogno-
scebant. Idcirco Tacitus (c) : Et Pomponia Graecina, insignis femi-
na, Plautio, qui vixit se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis
externae rea, mariti iudicio permissa, & insentem
nuntiavit. Accusatam Christianissimi Pomponiam suspicatur Tillemon-
tius in Nerone, quod a Lipto accepit commentarius ad Tacitum: sed
nullo exemplo id probes. Palam ad sacrificandum Diis patriis, imagi-
nibusque Principum (d) adhibebantur qui in Christianissimi suspicionem
venerant; ut re ipsa dignoscatur, an Christo nomen dedissent; & ni-
mia fuisset Neronis persecutoris erga Graecinam clementia, si de eius
crimine (ut putabatur) iudicium Plautio permisisset. Quamobrem ve-
rius puto, delatam Pomponiam quasi sacris Isaacorum iniciatam, quae
sub Tiberio eliminata fuerant, uti supra dictum est.**

Haec tamen mulieres damnatae a iudicibus traditae dicuntur co-
gnatis, aut quorum in manu essent; nempe vel parentibus, vel mari-
tis, quibus essent matresfamilias, quorumque in manus iustis nuptiis
convenissent: nec mirum, quando, detecta olim Tarquiniensium consu-
ratione, datum fuit a Consulibus patri ministerium poenam coram uni-
verso populo fumendi de liberis: *Dirēptis bonis Regum (inquit Livius
lib. II.) damnati proditores, suntumque supplicium; conspectus eo quid*

(a) lib. VI. cap. III. com. VII. (b) P. 21. (c) XIII. Aug. (d) Tit. 23. XVII. lib. X.

poenae capiendae ministerium patri de liberis Consulatus imposuit; &
qui spectator erat amovendus, cum ipsam fortuna exaltorem supplicii
dedit. Adeo sanctum fuit ius potestasque parentum in vitam libero-
rum, ut ne quidem in perduellionis crimine violatum aut deminutum
fuerit.

Quibus mulieribus nec parentes, nec mariti fuere, traditae sunt
cognatis: nempe quia in perpetua erant tutela, non utique pupillari,
sed muliebri. Idem Livius (a) : *Maiores nostri nullam ne privatam
quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt, in manu esse PAREN-
TUM, FRATRUM, VIRORUM. Quod tutelae genus confirmatum fuit le-
ge Claudia (b). Intra domesticos parietes in mulieres, bacchanalibus
sacris pollutas, animadversum est, quum ut consularetur pudori, tum ne
pluribus caedibus supplicii facies Urbis dehonestaretur, neve plebs
haeretur ad misericordiam. Sic de Tiberio Tacitus (c) : Nec Tibe-
rius poenam ejus palam ausus, in secreta palatii parte interfici jussit,
corpisque clam auferri.*

XXXVI. Datum deinde Consulibus negotium est ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per to- tam Italiam diruerent.

Bacchanalia, loca ubi fiebant bacchationes. Ea diruenda censuit Sena-
tus, praeter quam si quid ibi sacri esset, ut docet nostra tabula: idest,
interprete Livio, si qua ibi vetusta ara, aut signum consecratum esset,
rite per Pontifices, & more majorum. Placuit itaque Consulibus Edi-
cta mittere per universam Italiam uno exemplo, quod Senatus sententia
in notitiam hominum perveniret. Et nihilominus A. U. DLXXI. Bac-
chanalia vires resumere in Apulia coeperunt. Livius libro XI. : *L. Du-
ronio Praetori, cui provincia Apulia evenerat, adiecta de Bacchanali-
bus quaestio est, cujus residua quaedam veluti semina ex prioribus ma-
his jam priore anno appaeruerant. Quae verba mirum quantum no-
stram conjecturam illustrant de Bacchanaliorum origine ab Etruscis si-
ve Tyrrhenis, accolis Jonii, & Tarentini sinus.*

Reliqua Livii verba, paucis admodum mutatis, ex ipso Senatuscon-
sulto descripta videntur.

XXXVII. Quum in Senatu centum non minus essent. Malim cum nostra tabula: dum in Senatu. Legitimus ad S.C. facien- dum numerus haud puto semper idem; sed pro aucto Senatorum numero major. Principio Romulus centum et praefantioribus viris elegit ipse, vel ut Tribus legerent curavit. Totidem additi post confectum bellum Sa- binum, Tatiumque in societatem regni Romani adscitum (d). Tar- qui-

S

qui-

(a) lib. XXXV. (b) Rurard. lib. I. cap. X. (c) II. Aug. (d) Dion. 19. II.

quinus Priscus ad firmandam vim principatus alios centum addidit, ut fierent omnino ccc.: quem numerum, à Tarquinio Superbo caedibus & expulsiōibus imminutus, eiecit tandem regibus. I. Junius Brutus, P. Valerius Poplicola supplere. Circa A. U. DCXXXII. C. Sempromius Gracchus Tribunus plebis totidem ex equestri ordine adiecit, & sic lege DC. Senatores facti sunt, quae, brevi aut antiquata, aut abrogata, à M. Livio Druso relata est, teste Appiano (a). Lege quoque Plotia Senatorum numerus nimium auctus est; quum M. Plautius Sylvanus Trib. pl. fecisset ut equites & plebs novo exemplo cum Senatoribus judicaret, A. U. DCLXIV. Inquit enim Aconius in Orat. pro Cornelio: M. Plautius Sylvanus Tr. pl. Cn. Pompejo Strabone, L. Porcio Catone Coss., secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adjuvantibus nobilibus, quae lex vim eam habuit, quam Cicero significat; nam ex ea lege Tribus singulae ex eo munere quinos denos suffragio creabant, qui eo anno iudicaret. ex eo factum est ut Senatores quoque in eo munere essent, & quidam etiam ex ipsa plebe. L. Cornelius Sulla Dictator Senatorum exhaustum supplevit, trecentis ex equestri ordine selectis (b). Verum Ciceronis aetate haud magnus Senatorum numerus fuit: is enim Epistola 1. ad Q. Fratrem inquit: *Sane frequentius famini: omnino ad ducentos.* Demum à Triumviris reip. constituendae, & à Caesaribus mirum quantum auctus fuerit, & ex faece & colluvie civitatis, ut haberent instrumenta servitutis; tamen Suetonius in Augusto habet (c): *Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim super mille, & quidam indignissimi, & post necem Caesaris per gratiam & praemium allecti, quos abortivos (d) vulgus vocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit duabus sessionibus: prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit; secunda suo, & Agrippae.*

Quum igitur A. U. DLXVII., quo nostrum Senatusconsultum factum est, Senatores essent in totum ccc., quorum plurimi propter aetatem & valetudinem excusarentur, multi quoque legationibus, militia, aliisve de causis absentes, visus est centenarius Senatorum numerus, ut minimus, adesse oportere; quod Praetore urbano referente, potestas à Senatu fieret habendi Bacchanal. Aucto postea Sempromia & Cornelia lege Senatu, legitimus numerus fuere ducenti, maxime vero quum aliquem legibus solvi placebat, ut docet Aconius argumento in Cornelianam Ciceronis. *Actum deinde eadem de re in Senatu magni contentione.* Tum Cornelius ita ferre rursus coepit, ne quis in Senatu legibus solveretur nisi cc. assuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Atqui paucis interiectis annis legitimus Senatus fuere quadringenti: inquit enim Dion (e) de Augusto verba faciens: *Cum videret Senatuum non semper frequentem convenire, decrevit ut ejus Consulta etiam à paucioribus quam à quadringentis fierent.* Prius enim non aliter, quam eo numero constant, rata esse poterant. Igitur assentiri non possum Connano, qui (f)

(a) H. I. Bell. Civil. (b) Vide Reiss. de Jul. VII. cap. V. & Spon. de Jul. II. de ant. Jan. etc. Rom. (c) Cap. XXXV. (d) Recensitores editores habent accens. (e) apud Reiss. de Jul. VII. cap. VII. (f) Commentar. Jan. de Jul. lib. I. cap. XIV. n. 1.

putat, Alexandri Severi temporibus numerum lege definitum ad Senatusconsultum perficiendum fuisse l. Senatorum; nam Lampriidii verba in Alexandro Severo, quae ad id probandum citat, obscura sunt, ut ipsemet fateatur, & forsitan interpolata.

XXXVIII. Aliud deinde huic junctum, referente Q. Marcio Cos., Senatusconsultum factum est, ut de iis, quos pro indicibus Consules habuissent, integra res ad Senatum referretur, quum Sp. Postumius quaestionibus perfectis Romam redisset.

Profecto ad quaestiones exercendas Postumio hoc aliud Senatusconsultum factum est, referente Q. Marcio, qui exemplum singularis modestiae praebebat, integrum de indicibus negotium collegae reservando, quo referente de Bacchanalibus actum in Senatu fuerat. Eodem die nec duo Senatusconsulta fieri, neque bis Senatum haberi licebat, quamquam dicendum diem eximere usque ad Solis occasum nemo per leges vetabatur. Julius Capitolinus id docet in Maximino, de Gordiano verba faciens: *Hic annum agent aetatis quartumdecimum statim raptus est, & novo genere Senatusconsulti, quum eodem die Senatusconsultum factum esset, indultus in Curiam Caesar est appellatus.* Quod Guilelmus Budaeus adnotavit ad l. ult. D. de Senatoribus.

Singulis his centena millia aeris Quaestores urbani ex aerario darent.

P. Aebutio, & Hispanae Feceniae centena millia aeris, supple gratia, id est assium liberalium, ne fiat summa nimis exigua praemium homini ingenuo; & ex ordine equestri. Quot millia aeris data fuerint servo, indici conjurationis Tarquinienfium, silentio praetermisi Livius (a): *Praemium indici pecunia ex aerario, libertas, & civitas data. Ille primus dicitur vindicta liberatus: quidam vindictae quoque nomen ab illo tractum putant.* Et. Utrique argenti decies millea drachmas, scribit Dionysius libro v. Alibi (b) Livius, ubi de Carthaginiensium obsidum conjuratione ad Setiam, inquit: *Egregia duorum opera servorum indicem, & unius liberi fuit. Ei centum millia aeris, aeris dari patres iusserunt. Servis vicens quina millia aeris.*

Et libertatem: pretium eorum ex aerario solutum est. dominis: ubi notandum libero data c. millia aeris GRAVIS; servis xxv. millia aeris, sine alio additamento, ut intelligi possint asses tantummodo unciales. Aebutio igitur centena millia aeris gravis, totidemque Feceniae libertinae.

XXXIX. Utique Cof. cum Tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Aebutio emerita stipendia essent, ne invitum militaret, neve Cenfor ei equum publicum assignaret.

Idest, ut Aebutius, quasi esset quinquagenario maior, militare non cogere, sed vacationem haberet perpetuam, & commoda omnia veteranorum. Equestri loco natus erat, quippe cuius pater equo publico stipendia fecerat: igitur perinde haberi coepit ac si dena meruisset; qui legitimus ordini equestri numerus (a), ut Lipsius conjicit ex illis Livii verbis (b), ubi de equitibus, qui ex Cannensi clade superfuissent: Ne praeferita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent.

Sed cur opus plebiscito? forte quia ut delectus haberi a Consulibus non poterant, nisi Tribuni plebis consentirent (quod ex Livio discimus libro III.) ita nec injussu plebis militaria decora, immunitas, & vacatio cuiquam tribui, qui stipendia non fecisset, aequum videbatur. Quinimmo de huiusmodi causis militariis soli Tribuni plebis cognoscere, ut idem Livius docet libro XXXIV., ubi de militibus urbanae legionum differit, qui Anno Urbis conditae DLIX., Cof. P. Cornelio Scipione Africano II., Tib. Sempronio Longo, frequentes adierant Tribunos, uti causas cognoscere eorum, quibus emerita stipendia aut morbus causae essent quod minus militarent: Ob eas res tumultum esse decrevit Senatus: Tribunos plebis non placere causas militares cognoscere, qui invius ad Edictum convenirentur (c). Praeterea quum cetera omnia in hoc negotio perfecisset Senatus, plebem de P. Aebutii praemiis rogandam esse censuit, ad declinandam invidiam. Scitè Vellejus Paterculus (d) de M. Livio Druso: In iis ipsis, quae pro Senatu movebatur, Senatum habuit adversarium; non intelligentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur, velati inescandae illicendiæque multitudinis causa fieri, ut minoribus perceptis majora permitteret. Dilatam fuisse puto rogationem tribuniciam ad diem IV. Idus Decembris, quo novi Tribuni eo anno magistratum inierunt.

XL. Utique Feceniae Hispalae datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamentum dedisset.

Per haec (inquit Johannes Doujatius Antecessor Parisiensis, qui Livium ad usum Serenissimi Delphini enarravit) eximebatur Hispala, mulier libertina, jure patronatus, ita ut ei in posterum concederetur potestas alienandi res suas, & patrimonium diminuendi auctore tutore, quem si ipsa elegisset. Atqui jamdiu solutam fuisse jure patronatus, & Acti-

(a) ad L. Anul. Test.

(b) III. XXVII.

(c) Boffen. de senectute lib. II.

(d) III. II. cap. XIII.

lianum tutorem a Tribunis & Praetore accepisse Feceniam, docet in superioribus Livius: Ut post patroni mortem, QVIA IN NULLIS MANERAT, tutore a Tribunis, & Praetore petito, quum testamentum faceret &c. Per mortem igitur patroni, factasse sine liberis, exenta fuerat jure patronatus, nactaque liberam bonorum administrationem, testamenti que factionem. Quare id tantum consecuta est beneficium Senatus, ut ei liceret habere tutorem, quem vellet, tutela muliebri, non pupillari, de qua supra dictum est, & nubere non modo extra familiam patroni, verum etiam ingenuo.

XLI. Utique ei ingenuo nubere liceret, neu quid ei qui eam duxisset ob id fraudi ignominiaeque esset.

Anno igitur ab Urbe condita DLXVII. haud licebat ingenuo libertinam ducere, praesertim quae corpore quaestum fecisset. Licet postea, exceptis Senatoribus liberis eorum, per legem Juliam & Papiam Poppaeam, quae lata est Ann. Urb. DCCLXII. M. Papio Mutilo, Q. Poppaeo Secundo, Cof. testibus Dione (b), & Cajo Jurisconsulto (c), cujus verba sunt: *Legge Papia caveatur; omnibus ingenuis, praeter Senatores eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere*: non tamen lenam, neque a lenone manumissam, vel quae artem ludicram fecisset, vel judicio publico damnatam, aut in adulterio deprehensam, Ulpianus in fragm. tit. XII. Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, a lenone lenae manumissam, & in adulterio deprehensam, & judicio publico damnatam, & quae artem ludicram fecerit (d). Igitur nec eam quae corpore quaestum fecisset, si severitatem ejus temporis, quo Senatusconsultum factum est, inspiciamus. Datum est igitur Feceniae, propter egregiam in Republicam merita, ut ei ingenuo nubere liceret; utique eam uxorem ducere ingenuo fraudi ignominiaeque non esset. Nubere autem sic accipiendum est, ut iusta uxor per in manus conventionem jure Quiritium viro ingenuo fieret Fecenia; nam quod minus uxoris loco domi haberi posset, nullis legibus, ut puto, prohibebatur.

Habes, candide Lector, T. Livii de Bacchanalibus historiam, satis pro temporis angustia enucleatam; ut facili negotio Senatusconsulti originem, causas, ac genuinum denique sensum assequaris; maxime si tu te ipse colligas, & meliori, ut par est, ordine disponas ea quae sparsim, & ut forte fortuna scribenti sese obtulerunt, adnotavi: quod Indidis ope statim consequeris. Nunc eorum ipsum Senatusconsultum, ita uti in ipsa tabula athena legitur: iterumque juxta nostram scribendi rationem minusculo caractere excusum in tironum gratiam, quibus tot diphthongi, & archaismi negotium facessere solent. Ipsam tabulam, ope artis chalcographicae adamussim depictam, habebis ad calcem operis: quod summae humanitati, diligentiae, ac liberalitati viri eximii, equitis Pii Nicolai Garcllii, Caesaris Majestatis primarii Medici, & Bibliothecae Praefecti aeternum debebunt harum literarum studiosi.

(a) Sessidi fecere ex Cal. Jul. auctore Almofovenio. (b) III. LVI. (c) L. 23. D. de ritu nuptiarum. (d) Vide Juc. Gualfredum ad leg. Jul. de maritand. ordinib. pag. 27. & 114.

... ARCIUS. L. F. S. POSTUMVS. L. F. COS. SENATVM CONSOLVERVNT. N. OCTOB. APVD. AEDM
 DVELONAI. SCARF. M. CLAVDI. M. F. I. VALERI. P. F. Q. MINVCI. C. F. DE. BACANALIBVS
 (QVEI. FOIDERATEI
 ESENT. ITA. EXDEICENDVM. CENSVERE. NEI QVIS. EORVM. SACANAL. HABVISE. VELET. SEI.
 (QVVS
 ESENT. QVEI. SISEI. DEICERENT. NECESUS. ESE. BACANAL. HABERE. EIS. VTEL. AD. PR. VRBA.
 (NVV
 ROMAM. VENIRENT. DEQVE EIS. REBVS. VBEI. EORVM. VTR. A. AVDITA. ESENT. VTEL.
 (SENATVS
 NOSTER. DECERNERET. DVM. NE. MINVS. SENATOREBVS. C. ADESENT. A RES. COSO.
 (LERETVR
 FACAS. VIR. NEQVIS. ADIESE. VELET. CHIVIS. ROMANVS. NEVE. NOMINVS. LATINI. NEVE.
 (SOCIVM
 QVISQVAM. NISEI. PR. VRBANVM. ADIESENT. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE
 MINVS. SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISNT. CENSVERE
 SACERDOS. NE QVIS. VIR. ESET. MAGISTER. NEQVE. VIR. NEQVE. MVLIER. QVISQVAM. ESET
 NEVE. PECVNIAM. QVISQVAM. EORVM. COMONEM. ABVISE. VELET. NEVE. MAGISTATVM
 NEVE. PROMAGISTRATVO. NEQVE. VIRVM. NEQUE MULIEREM. QVISQVAM. FECISE. VELET
 NEVE. POSTHAC. INTER. SED. CONVOVISE. NEVE. COMVOVISE. NEVE. CONSPONDISSE
 NEVE. CONPROMISSE. VELET. NEVE. QVISQVAM. FIDEM. INTER. SED. DEDISSE. VELET
 SACRA. IN. DOYVOTOD. NE QVISQVAM. FECISE. VELET. NEVE. IN. POFPLICOD. NEVE. IN
 PRIVATOD. NEVE. EXTRAD. VRREM. SACRA. QVISQVAM. FECISE. VELET. NISEI
 PR. VRBANVM. ADIESET. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE. MINVS
 SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISNT. CENSVERE
 ROMINES. PLOVS. V. QNVORSEL. VIREI. ATQVE. MVLIERES. SACRA. NE. QVISQVAM
 FECISE. VELET. NEVE. INTER. IBEI. VIREI. PLOVS. DVOSVS. MVLIERIBVS. PLOVS. TRIEVS
 ARVISE. VELENT. NISEI. DE. PR. VRBANI. SENATVOSQVE. SENTENTIAD. VTEL. SVPRAD
 SCRIPTVM. EST. HAICE. VTEL. IN. COVENTIONID. EXDEICATIS. NE. MINVS. TRINVM
 NOVNDIVM. SENATVOSQVE. SENTENTIAM. VTEL. SCIENTES. ESETIS. EORVM
 SENTENTIA. ITA. FVIT. SEL. QVES. ESENT. QVEI. ARVORSVM. EAD. FECISENT. QVAM. SVPRAD
 SCRIPTVM. EST. EIS. REM. CAPVTALEM. FACIENDAM. CENSVERE. ATQVE. VTEL.
 HOCE. IN. TABOLAM. ABENAM. INCEIDERETIS. ITA. SENATVS. AIQVOM. CENSUIT
 VTEIQVE. EAM. FIGIER. IOVSEATIS. VBEI. FACILYMED. GNOSCIER. POTISIT. ATQVE
 VTEL. EA. BACANALIA. SEI. QVA. SVNT. EXTRAD. QVAM. SEI. QVID. IBEI. SACRI. EST
 ITA. VTEL. SVPRAD. SCRIPTVM. EST. IN. DIEBVS. X. QVIBVS. VOBIS. TABELAI. DATAI
 ERVNT. FACIATIS. VTEL. DISMOTA. SIENT IN AGRO. TEVRANO

Q. Mar.

Q. *Marcus Lucti filius, Sparius Postumius Lucti filius Consul Senatum consulerunt Nonis Octobris apud aedem Duellonae. Scribendo adferunt M. Claudius Marci filius, Lucius Valerius Publi filius, Q. Minucius Cai filius. De Bacchanalibus qui federati essent, ita edicendum censuere. Ne quis eorum Bacchanal habuisse vellet. Si qui essent qui sibi dicerent necessum esse Bacchanal habere, iis uti ad Praetorem Urbanum Roman venirent, deque iis rebus ubi eorum verba audita essent uti Senatus noster decerneret, dum ne minus Senatoribus centum adessent, quam ea res consuleretur. Bacchas vir ne quis adesse vellet civis Romanus, neve nominis Latini, neve sociorum quisquam, nisi praetorem Urbanum adessent, isque de Senatus sententia, dum ne minus Senatoribus centum adessent quam ea res consuleretur, jussissent, censuere. Sacerdos ne quis vir esset magister, neque vir, neque mulier quisquam esset, neve pecuniam quisquam eorum communem habuisse vellet, neve magistratum, neve pro magistratu, neque virum, neque mulierem quisquam fecisse vellet, neve posthac inter se conjurasse, neve convovisse, neve conspondisse, neve compromississe vellet, neve quisquam fidem inter se dedidisse vellet, sacra in occulto ne quisquam fecisset vellet, neve in publico, neve in privato, neve extra urbem sacra quisquam fecisset vellet, nisi praetorem Urbanum adisset, isque de Senatus sententia, dum ne minus Senatoribus centum adessent quam ea res consuleretur, jussissent, censuere. homines plus quinque universi viri atque mulieres sacra ne quisquam fecisset vellet, neve inseribi viri plus duobus, mulieribus plus tribus adfuisse vellent, nisi de praetoris urbani Senatusque sententia uti supra scriptum est. Haecce uti in concionibus edicatis ne minus trinum nundinum, Senatusque sententiam uti scientes essetis, eorum sententia ita fuit. Si qui essent qui adversum ea fecissent quam supra scriptum est, iis rem capitalem faciendam censuere, atque uti hocce in tabulam abenam incideretis. ita Senatus aequum censuit. utique eam figi jubetis ubi facillime nosci potis sit, atque uti ea Bacchanalia si qua sunt, extra quam si quid ibi sacri est, ita uti supra scriptum est, in diebus decem, quibus vobis tabellae datae erant, faciatis uti dismota sient in Agro Teurano.*

....MAR.

.... MARCIUS. L. F. S. POSTUMIUS L. F. Consules Anno Urbis DLXVII, ante Christum natum ANN. CLXXXVI. Praenomen *Marcii*, Q. propter tabellae vetustatem interdidit. In Fastis Siculis nil nisi cognomina reperias *Philippi & Albini*, teste Sigonio (a). Integra nomina habes apud Cassiodorum. In Tabulis Capitolinis nil est quod desideres (b):

SP. POSTUMIUS L. F. A. N. ALBINUS

Q. MARCIUS L. F. Q. N. PHILIPPUS

Equidem mirum videri potest, quod quum plerique omnes Fasti habeant primo loco Postumium, in nostra tamen Tabula primas sibi vindicant Marcii. An quia sapienter prius Romani omne decus in sola virtute positum esse existimabant? neque cuiquam fraudi erat si Consul non, quo demum ordine in mentem venerat, scripsisset.

Illud principio mihi valde placuit, non alia ratione praelatum fuisse Marcium, nisi quia Nonis Octobris penes ipsum erant fasces. Alternabant enim. Svetonius in Julio (c): *Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, liatores pone sequerentur*. Iste Consul dicebatur maior, ut docet Festus in *Majore*: Majorem Consulē L. Caesarem patat dici vel eum, penes quem fasces sint; vel eum qui prior factus sit. Praetorem autem majorem Urbanum, minores ceteros. Nam ambo simul Consules in Urbe Roma summo iure & imperio uti non poterant; nisi valde me fallunt Livii verba (d), ubi, de adequato Minucii Magistri equitum & Fabii Dictatoris iure verba faciens, inquit: *Statuendum omnium primum ait esse, quemadmodum imperio adequato utantur. Se optimum docere, aut diebus alternis, aut si maiora intervalla placerent, partitis temporibus, alternis summum ius imperiumque esse*. Item eodem libro: *Ceterum effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Paulus Consul, cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat*. Quando igitur in ipsa conspectu hostium, ubi unus Imperatoris consilio atque solertia ad res bene gerendas opus est, alternis imperitabant; unusquisque satis intelligit, longe minore Reipublicae incommodo in ipsa Urbe fasces alternasse. Ideo alter Consul Romam redibat circa anni finem ad habenda comitia magistratusque creandos; vel Senatusconsulto evocabatur; interdum etiam inter se comparare jubebantur, id est componere sine sortitione: vel si ambo accipiti bello detinerentur, tum Dictator vel Interrex creabatur comitiorum habendorum tantum causa. Livius lib. xli.: *Sedato tandem Hydruntino tumultu Senatusconsultum factum est, ut Coss. inter se compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret. Tum M. Junius rediit*. Et eodem libro: *Cui Pisae provincia obvenisset, quum magistratum creandorum tempus esset, ad comitia reverti iussit*. Itaque consuebat, Sp. Postumium primum processisse Kal. Januariis, Kal. deinde Februarii fasces fuisse penes Q. Marcium; & alternando, etiam Calendis Octob. Praeterea si fides habenda est fragmentis Actorum Urbanorum, quae Piguius attulit in *Annalibus* (e)

re-

D. D. S. FACIVNDAS COERARVNT

Deducta est Telesia colonia à Triumvris: Ager ejus limitibus Augu-
stis est assignatus, ut docet Frontinus de *Colonis*. Floruisse eam sub
Augusto, docet ibidem vetus ara in angulo privatae cujusdam domus,
cum hac epigrapha

VENERI GENETRICI

Item cippus, habens dignam Augusteo saeculo Inscriptionem:

MESSALLAE HON. ET VIRTUTIS CAVS.

Ad Valerium Messallam Oratorem, patronum fortasse coloniae Teles-
inae, pertinere arbitror, cui honoris & virtutis causa statuam clientes
posuerint. Vides, Messallam per duplex LL scribi debere, ut optima
quaque veterum Auctorum editiones habere solent. Sed nimis extra
oleas. Fixum ergo sit, Augusti aevo COERARE scriptum pro CVRARE,
MOEROS pro MVROS.

Pecuniam communem habere vetuit nostrum Senatusconsultum;
nam ad convivia, & sacrificia communia pecuniam communem habe-
bant *ispatia* collegia, sive *convivia*, quam qui colligebant *χρημασμοί*
dicebantur (a). Solis Judaeis C. Caesar non interdixit pecuniam in
commune conferre, & convivia celebrare, ut ex Josepho dictum est supra
n. XIV.

NEVE MAGISTRATVM NEVE PRO MAGISTRATVO. Fre-
quens haec formula. Sic in plebiscito de Therminensibus apud Grute-
rum (b) NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV. *Magistratus*
haec valet antistes, caput ceterorum: & quia Paculla Minia Campana
prima fuit Bacchantium antistes, idcirco subdit: *neque viram, neque
mulierem*. Vides, MAGISTRATVM scriptum per G & I, non per C, & E,
MAGESTRATVM, ut semper scriptum fuisse ab antiquis contendit Ciacconius
(c). In Inscriptione columnae rostratae scriptum est *Magestratus* per
c, quia nullum erat, si Festum audimus, apud veteres diffrentem inter c
& g: *Orcum* (inquit) *quem dicimus, ait Perrius, ab antiquis dictum
Urgum, quod & v litterae sonum per o efferebant, & per c litterae formam
nihilominus c asperpabant; sed nihil affert exemplorum, ut ita esse cre-
damus, nisi quod in Deus non maxime urgeat*. Victorinus de Orthogra-
phia adnotavit, hanc ob rationem reperiri CN. pro GNEVS, CABINVS pro
GABINVS: & post receptum G, coepisse K esse supervacuum. Diomedes vo-
to (d) inquit: *g nova esse consonans, in cuius locum c solebat apponi, ut*
hodie

(a) Salsod, ad Jus. Ant., & Roman. cap. IV. (b) pag. DI. DIX. DXL. (c) ait, ad Celsum, refert.
(d) lib. II. de art. gramm., cap. I.

hodie cum Gajum Caesarem notamus, scribimus C. Caesarem. Ideo post
v. litteram in tertio loco digesta est, ut apud Graecos Γ posita reperitur
in eo loco. Inventum G, scribit Max. Victorinus, nova forma à Sp. Carvi-
lio: quod ex Plutarcho sumit (a). Hic Carvilius, cognomento RVGA,
primus omnium Romae uxorem dimisit sterilitatis causâ, A. U. DXX. (b).
G. litteram igitur habet tabula haec nostra, quia posterior sp. Carvi-
lio Ruga: Inscriptio Duillii non habet, quia anterior.

NEOVE VIRVM, pro NEQVE VIRVM, vitio fabri.

IN DVOLTOD pro in occulto. Vir doctissimus Scipio Mas-
saeus (c), quum apud Fabretum nostram tabulam editam legisset,
necdum sciret ubinam gentium inveniretur, suspicatus est, legendum EN-
DO VOLGOD. Eruditè: sed non erat his locus. Vetanda fuerunt in pri-
mis occulta Bacchanalia: nam latebras conjurati, & magnorum scelerum
participes quaerere sibi solent; nec quidquam magis à conjuratione
alienum quam arcana consilia proferre in vulgus. Ad haec, Senatus
paulò post inquit, *neve in populo, neve in privato*; quare omnino su-
pervacaneum fuisse ad *endo volgo*. Supervacaneum certe non fuit dicere
IN DVOLTOD; nam occultum est quid magis latens quam *privatum*;
& hoc agebat Senatus, ut ab occultarum coitionum formidine rempu-
blicam liberaret.

D positum est pro O à fabro acario, sive ignorance Latinae lin-
guae, sive quod non satis idoneis instrumentis ad incidendum uteretur:
nam hujusmodi n figura abortiva est, & ad o non parum accedit,
ut lineâ sextâ NDSTER pro noster. Contra o pro n positum vidimus
in Inscriptione pagi Herculani, quam primus edidit Vir clar. Alexius
Symmachus Mazochius (d): A. O. X. TERMINA.... pro A. D. X. TER-
MINA.... ante diem decimum Terminalia; & lineâ VIII. SET LV-
OS FECISSENT, pro SET LVDS &c.

Ad Q quod attinet, inquit Victorinus (e): *Sed nec q, nec o Latinus
sermo introduxit. Cato de originibus ait, Sabinos, & Etruscos q litterâ
caruisse, quamobrem CVRINVM pro QVRINVM scribebant*. Constatam
hanc litteram putarunt ex c, & v, sic v, teste Velio Longo (cujus rei sunt
quaedam indicia in hac tabula) ideoque non necessariam (f). Sed ve-
rius est, q esse Phoenicium q Koph, jamdiu pro K usurpatum, ut su-
perius ex nummis Crotoniatarum adnotavimus; unamque ex xvi. liti-
ris à Cadmo in Graeciam invectis, quae Phoeniciae vocantur propter
Cadmum, inquit Plutarchus (g), & Phoeniciae Kadmo *ἀποκαθάρσα*
(Panicæ reddere mavult Xylander): & sane testatur Sylburgius, citatus
à Gretsero (h), se in M. SS. Alphabetis Graecis invenisse Koph q in-
ter w, & q. Alii existimant, q litteram usum receptam, ut pinguior
sonus notaretur in QVANDO, quam si per c. simplex scriberetur CANDO:
alii, ut esset unde duae vocales, sequentes c, in unam syllabam coale-
scent; quum contra per c antiqui scriberent, ubi divisa syllabâ opus
esset. Unde Lucretius (i) *eniret* scripti, pro *quiret*, ut trisyllabum
faceret (k). Veteres tamen & recentes pleraque editiones habent ibi

X

cupi-

(a) Querc. Rom. LIV. (b) Val. Max. lib. II. cap. I. Diog. lib. II. Coll. lib. XVII. cap. ult.
(c) Hylar. cap. Diplomat. pag. 114. 115. (d) Ad Tit. Anstletrati Campani pag. 127. (e) De Origen.
graphia. (f) Elyf. de primis. Ling. Lat. cap. XIII. (g) Symmach. IX. p. 2. (h) De primis.
Ling. Graec. cap. I. (i) lib. I. a. 71. (k) Oronum. Vatic. Regal. De divitiis cap. VIII.

cupiret. Quum igitur neque consonantes geminarentur, neque per unicum c vellent scribere, oculo, & pinguis quid sonare oporteret; necesse fuit uti litera, recens addita, &c. ne oculo quadrissyllabum fieret. Obiter heic quoque notandum est, *occulum* dici ab antiquo *cule*, vel *coilo*, *involuto*, unde *oculo*: eadem analogia, qua supra de *inquilinis* diximus. Hinc *culeum* dixere saccum, quo parricidae insuebantur. Forte ejusdem originis est *culta*. Persuadere mihi non possum, ut assentiar P. Victorio (a), qui ait, neque M. Catonem, neque Terentium scripsisse per c, sed per o: nam vetustior ambobus est nostra tabula, & tamen habet c, ut habent antiquiores etiam nummi. Præterea quisnam Catonis & Terentii autographa oculis unquam usurpavit?

NEVE EXSTRAD VRBEM. Falsum est itaque, ut supra notavimus, quod scribit Isidorus (b), literam x. Augusti aëro primum adscitam, Latinosque veteres scripsisse per c. & s. Nam nec post inventum x. omisum fuit s. Antiqua id testantur monumenta, quae habent FELIX. CAPPAOSES. MAXVMOS. PROXVMOS. DIXERINT. PARS legitur in quatuor nummis aereis Galbae, Vitellii, Vespasiani, & Domitiani: MAXVMVS in nummo gentis Egnatiae: AXSVS NASO in gente Axia: ALEXANDREA in gente Aemilia apud Ursinum (c). Forte x, quod ante s pro c scribebatur, tandem similitudine quadam evasit in x: quod ad signandum etiam denarium numerum translatus est, quia revera decimo loco in Alphabeto Latinorum x numeratur.

NISEI PR. VRBANVM ADIESET. ISQVE DE SENATVOS SENTIENTIAD. Merito Praetorem Urbanum, ut is ad Senatum referret. Absentibus enim bellorum causa Coss. ex Praetoribus unus cum imperio in Urbe remanebat, isque Senatum, ubi factio opus esset, cogeat. Sic absentibus Coss. Appio Claudio Caeco, L. Volumnio Flamma, bellum in Italia gerentibus, A. U. CCCCLXVI. summae rerum, inquit Livius (d) Praetor L. Sempronius praecerat. Et A. U. DXXXIX. Senatusconsultum factum est, ut L. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset, isque potissimum, Coss. ad bellum profectis, Urbi praesent. Consules erant Q. Fabius Maximus Verrucosus IV. M. Claudius Marcellus III. (e) Non mirum igitur, si a consulari aliquando ad Praetorem Urbanam esset gradus, quam *τὸν πρῶτον ἐξ αὐτῶν ἀξιῶν, maximum habentem dignationem*, vocat Plutarchus in Bruto (f).

INTER IBEI pro interea. Plautus *Afinaria* Act. IV. Sc. IV.

Age tu inter ibi ab infuso da suaviu.

Gellius (g) ex Catonis originibus: Consul interibi, dum ea pugna fit, se in loco tutor, atque editor subducit.

HAICE VTEI IN CONVENTIONID EXDICATIS. HAICE pro haec. Antiqui, inquit Festus, AE syllabam Graeca consuetudine per AI scribebant. Hinc QVAI pro quae, CAISAR pro Caesar, PAITVS pro Pactus, AIMILIVS pro Aemilius. Sic etiam materia apud Lucretium, & quotiescumque poetis diacresis ex usu fuit, *undai, andai, pictai* (b).

Quam-

(a) i. Epil. ad Act. (b) ib. I. Etymol. cap. 4. (c) *Spanhem. Dissert. II.* (d) *ib. X.* (e) *ib. XXIV.* (f) *ib. Spanhem. Dissert. X.* (g) *ib. III. cap. VII.* (h) *ib. L. cap. VII.*

Quamobrem nequeo in Fabretti sententiam ire, qui (a) AI ad Claudiana potissimum tempora pertinere arbitrat.

CONVENTIONID. Omisum est in prima syllaba x, ut in cos., de quo supra. *Conventus* intelligitur quum multitudo ex compluribus generibus hominum est contracta in unum locum. Item cum a magistratibus iudicii causa populus congregatur, inquit Festus (b). Quae notio optime quadrat his nostri Senatusconsulti verbis, quod per omnia fora, & conciliabula promulgandum erat. Idem Festus auctor est, *concionem, & conciliabulum* hoc distare, quod *contio*, vel *conventus* sint homines ipsi, qui ad nutum magistratus conveniunt; *conciliabulum* sit locus, ubi in concilium convenitur. Heic una tantum litera à fabro peccatum est: scribendum enim fuit *conventioned*, non *conventionid*: nam ceteroquin *conventionem* pro *concione* aliquando positam, adnotavit ex Scaliger ad Varronis lib. v. de *Lingua Latina*.

NE MINVS TRINVM NVNDINVM. *Nundinas*, sive *Mercatus* à Glossis appellatas, inquit Claudius Salmastius (c), *τῶν δὲ μαρτυρῶν*, ut differant ab iis *nundinis*, quae non quoque die recurrebant apud Romanos; de quibus dubitatum est, utrum feriae essent, an solennes dies. Dubitatum sanè: *Nundinas*, inquit (d) Festus, *feriatum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi, vendendique causa, eamque nefastum; ne si liceret cum populo agi, interpretarentur nundinatores*. Et Plinius lib. XVIII. cap. III. *Rusticae tribus laudatissimae eorum, qui rura haberent. Urbanae vero, in quas transferri ignominiae esset, desidia probo*. Itaque quatuor solae erant à partibus Urbis, in quibus habitabant, *Saburana, Palatina, Collina, Esquilina*. *Nundinis Urbem revisitabant, & ideo comitia NUNDINIS HABERE NON LICEBAT, ne plebs rustica avocaretur*. Igitur, si Festum, & Plinium audimus, non erat tribus *nundinis* legis rogatio, non comitia. Atqui Macrobius (e) principio ait: *Comitiales sunt (dies) quibus cum populo agi licet; & iustis quidem lege agi potest, cum populo non potest; comitialibus utrumque potest*. Itaque & lege agere, & cum populo agere licebat comitialibus. Deinde inquit: *Quod autem NVNDINAS FERIAS dixi, potest argui; quia Titus, de feriis scribens, nundinarum dies non inter ferias retulit, sed tantum solennes vocavit: & quod Julius Modestus affirmat, Messalla arguere consulente Pontificem, an nundinarum Romanarum Nonarumque dies feriis tenerentur, respondisse eos, NVNDINAS sibi ferias non videri: & quod Trebatius in libro religionum ait, NVNDINIS magistratum posse manumittere, iudiciaque addicere. Sed contra Julius Caesar XVI. Auspicioz libro negat, NVNDINIS CONCIONEM advocari posse, id est cum populo agi: ideoque NVNDINIS Romanorum haberi comitia non posse*. Cornelius etiam Labo primo fastorum libro, NVNDINAS ferias esse pronuntiat. Causam veri huius varietatis apud Gracium Licinianum libro II. diligens lector inveniet: ait enim NVNDINAS Jovis ferias esse. Siquidem Flaminica omnibus nundinis in regia Jovis arietem soleat immolare, sed lege Hortensia effectum ut saesae essent (quae lex à nemine antiquorum, quod sciam, nisi à Macrobio memoratur, sed

(a) Cap. V. pag. 151. (b) in *Conventus*. (c) ad *Ius Atti*, & *Roman*, cap. V. pag. 162. 163. (d) in *Nundinis*. (e) *ib. I. fastorum*, cap. XVI.

GE IVNTA & LICINIA? possunt hae leges ratae esse sine interitu legum reliquarum? Unde rectè colligas, veteri consuetudine olim factum, ante leges Caeciliam, & Liciniam, ut trinundino leges promulgarentur, perferrentur, haberenturque comitia; nam comitia quoque leges erant, ut idem Cicero innuit contra Kallum. Idcirco ad Tironem de Caesare scribens (a): ad Consulatus (inquit) petitionem se venturum: neque se jam velle, absente se, rationem haberi sui. Se praesentem TRINVM NVNDINVM petiturum. Idest alia comitia extra ordinem: quod fuit hominis leges dantis potius quàm accipientis, & jam astantis libidine dominandi.

In nostro tamen de Bacchanalibus Senatusconsulto decretum est, ut in conventibus, Populo TRIBVS NVNDINIS frequente, quod Senatus jam censuerat, Populusque Romanus subinde iusserat ediceretur: ita ut lata, & rogata, & sancita, non ferenda lex in notitiam hominum per universam Italiam perveniret. Et huc faciunt illa Rutilii apud Macrobiū: Nono autem die, intermisso raro, ad mercatum LEGESQUE ACCIPIENDAS Romam venirent, & ut SCITA atque CONSULTA frequentiore populo referrentur. Quod notandum: aliud enim fuit legem, suffragiis Populi Romani firmatam, in medium asserre, & cum obsequio accipere: aliud legem ferendam oculis subicere, ad trutinam revocare, suadere pro concione, aut contra niti diffusando, antequam ad suffragia ventum esset. Hoc revera impediebat totum NVNDINARVM negotium, quum homines à mercimonio ad legis curam cogitationemque converteret; illud nihil habebat, quod aut consuetum turbam à mercando, vendendo, permutandoque, aut iudices, & magistratus à iure dicundo avocaret, & averteret.

SENATOSQUE SENTENTIAM VTI SCIENTES ESETIS. ac si didum esset, uti sciretis Senatus Populique Romani sententiam de Bacchanalibus abolendis, diruendisque: participio vim verbi retinente, ope verbi substantivis. Sic esse volentem dicebant, esse scientem. Plautus Curculione AEL. 1. Sc. 1.

agite, bibite festivae foret,

Potate, sicut mihi volentes propitiae.

& AEL. 11. Sc. 111.

Quos semper videas bibentes esse in oenopolio.

Sic in formula lustrandi agri apud Catonem de re rustica: Mari pater, te precor quaeque, uti sis volens propitius mihi &c. & in formula sacrificii porcae praecedendae: Jane Pater te, hac frue commovendo, bonas precor precor, uti sis volens propitius mihi, liberisque meis. Idem velis. Sic Cicero de Oratore: Est, ut sis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates; idem loquitur. Quod factum imitatione Graecorum, maximeque Atticorum; apud quos tamen plura erant verba substantiva: εἶμι, τυγχάνω, εὐαίρω, sum, γίνομαι, seu γίνομαι, fido. Unde dicebant εἶμι εἶμι γράφω, ego sum scribens, idem εἶμι γράφω; & εἶμι εἶμι γράφω, ego scripsi. ἀπεκταίνω δὲ τὸν ἀδελφόν, τοί,

(a) Familicium III. XVI. 21.

αὐτὸν, interfecit hominem; & εἰς τὸν δουλῆσθαι, non possumus. Κρίναι τυγχάνω ποιοῦν, inquit Dionysius Hal. & ego sapio. Sic reperias apud Sophoclem: ἢ σωθῆναι ἐστίν, non eris faciens? pro ἢ σωθῆναι; non tacebis? Item apud Lucianum: οὐ δὲ δὴ τί πρᾶτῶς τυγχάνεις; tu vero quid es faciens? pro τί πρᾶτῶς; quid facis? ut etiam Gretferus notavit (d).

SI QVES ESENT QVEI ARVORSVM. Incipit sanctio legis poenam irrogans.

REM CAPVTALEM FACIENDAM. Ut in XII. Tabula IX. cap. VI. si QVIN VREE COETVS NOCTVRNOS AGITASIT CAPITAL ESTO. Capital (pro capitale), facinus quod capitis poena luitur, inquit Festus (b). Nonius Marcellus, Capital dictum est capitis periculum. Plautus Menaechnis (c): Nunquam hercle effugiet, tamen si capital fecerit. Lucilius libro XXVI. Facile deridemur; scimus capital esse irascier. Idem Plautus Mercatore (d):

EV. Mulier alienata est abs te. CH. Eutyebe, capital facis, EV. Quid? CH. Quia aequalem & sodalem civem liberum enicas.

Sic Arius Menander libro III. de Re militari (e): Si quis committit vulnere, si quidem lapide, militi reijciat; si gladio, capital admittit. Callistratus lib. V. de cognitionibus (f): Aliud quoque lege Agraria, quam Divus Nerva tulit, cavetur, ut si servus, servare insciente domino dolo malo fecerit, capital esset. Exempla sunt obvia. Eadem analogia dicitur Vestigal, Animal, Bacanal, Minerval, immo Virginal, Feminat, pateat. Aliud est capital tegumentis genus apud Varronem libro IV. de LL.: Dictum capital à capite quod sacerdotales in capite etiam nunc solent habere.

IN TABOLAM AHENAM, vulgò aeneam, vel aeream. Sic Ovidius Metamorph. 1. v. 125.

Tertia post illas successit abenea proles, Saevior ingenii, & ad horrida promittor arma.

Horatius libro 1. Epist. 1. v. 60.

hic murus abeneus esto.

Cujus rei rationem discimus ex Gellio (g): h. littera (inquit) sive ita spiritum magis quàm litteram dici oportet, inferebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis, roborandisque, ut sonus eorum esset vividior, vegetiorque; atque id videntur fecisse studio & exemplo linguae Atticae. & infra: Sed quoniam AHENI quoque exemplo isti sumus, venit nobis in memoriam, fidem optatumque multi nominis Romanae Grammaticae ostendisse mihi librum Aeneidos secundum, mirandae vetustatis, euntum in scissariis xx. aureis, quem ipsius Vergilii fuisse credebat; in quo duo isti versus cum ita scripti forent:

Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus Exultat telis, & luce coruscans aena.

ad

(a) Cap. 1. Ignor. Quot. (b) ad. L. de. 1. (c) ad. III. de. 4. (d) 14. f. 6. de. de. re. militari. (e) 1. ult. §. 1. D. de. terminis. testis. (f) III. II. cap. III.

additam supra vidimus in literam, & AENEA factum. Sic in alio quoque Vergilius versu in optimis libris scriptum invenimus.

Aut foliis undam tepidi desumat abeni.

Ad firmandam Gellii sententiam tabula nostra plurimum valet.

Res memoria dignas quum postibus, tum frontibus aedium insculpere moris fuit, quin & tabulis aeneis, quae in intima aedium parte aservabantur. Vetus epigramma in catalectis Pitheci lib. III. (a)

Viator audi; si libeat intus veni,

Tabula est aenea, quae te canila perdocet.

VTEIQUE EAM FIGIER IOVBEATIS. Leges in aes incidi consuevisse, ac publice figi, notum est. Livius libro III. Priusquam Urbem Consules egredierentur, leges Decemviralet, quibus Tabulis XII. est nomen, in aes incisae in publico proposuerunt. Eadem habet Dionysius libro X. Somniasse igitur vigilantem Pomponium Jurisconsultum liquet, qui tradit (b), leges XII. in tabulas eborae praescriptas fuisse: quod ab aliis est animadversum. Huc faciunt illa Plauti Trinummus (c)

Leges perduxerunt jam in potestatem suam, magis qui sunt
Obnoxii quam parentes liberis: eae miserae etiam
Ad parietem sunt fixae clavis ferreis, ubi malos mores
Affixi nimio fuerat aequius.

Ovidius Metamorphoseon I. 91. 92.

nec verba minucia fixo
AERE legebantur

Cicero Philippicâ I. Assentiri etiam vos Ser. Sulpicio clarissimo viro voluit, ne qua TABULA post Idus Martias ullius decreti Caesaris, aut beneficii FIGERETUR. & infra: Acta Caesaris firma erunt: quae ille in AERE INCIDIT, in quo populi iussa, perpetuaeque leges esse voluit, pro nihilo habebantur. item inferius: id lex erit, & in AERE INCIDI videbitis. Hinc illud Q. Haterii apud Tacitum (d): Ejus diei Senatusconsulta aereis literis in Curia FIGENDA. Nil mirum, quando in argenteam columnam incisa est oratio illa (e), quam, à Seneca dictatam, Nero in Senatu recitavit in ipsis primordiis; quaeque risu excepta est, quum eo devenit, ut Claudii prudentiam exquisitis laudibus in caelum esseret (f). Sanè invaluit mos, ut Principum orationes in aes inciderentur (g): & Plinius in Panegyrico, veluti novum quid, narrat Senatus sententiam, de Senatorum etiam acclamationibus in aes incidendis.

Non in unicam tantum tabulam lex incidebatur, sed plures fiebant eodem exemplo, ut plurima aera docent, quae adhuc supersunt (h). Tacitus

(a) Post. not. in Pater. lib. I. (b) l. 1. §. 4. de orig. jur. (c) AB. IV. 30. (d) III. 42. (e) Epistolae ad Lucium et ad XIII. Annal. Tacit. (f) Tacit. XIII. 42. (g) Ex Dio et Lipsio ad eundem librum. (h) Tabulae haecque nullae in museo Archaelog. Florentinae, sed à Cl. A. Fr. Qu. & iterum à V. Cl. Scipione Massey in h. p. dei. diplomate.

Annalium XI. Quo exemplo Claudius tres literas adiecit, quae usui imperitante eo, post obliteratae, aspiciuntur etiam nunc in AERE, publicandis plebiscitis PER FORA AC TEMPLA FIXO. Etiam ut in colonias, municipia, praefecturae, extraque Italiam mitterentur: quod factum esse imitatione Graecorum, ex Platonis loco in Minos docet Guilielmus Budaeus (a): & ὁ δὲ Τάδως τις περὶ τοῦ αἰσίου καὶ τὰς ἀνάγκας ποιῶν τὸς νόμους ἐκ αἰσίου, ἐκ γὰρ τοῦ νόμου ἔχον γὰρ ποιῶν τὸς νόμους. Hic enim Tabo ter in singulos annos regionem passim obibat, custodias legum intentus, AERASQUE LEGVM TABVLAS pagatim circumferens. Allae, prorsus diversae, fuerunt tabulae aerae, in quibus incidebantur leges, formaeque agrorum, quum coloniae deducerentur, agrique assignarentur, de quibus inquit Venulejus Jurisconsultus: Qui tabulam aeneam legi, formandae agrorum, aut quid aliud refixerit, vel quid inde immutaverit, lege Julia peculatus tenetur (b). Siculus Flaccus de conditionibus Agrorum, tit. de divisiis & assignatis: Quidam formas, quarum mentio habita est, in aere sculpservnt, id est in aereis tabulis scripserunt. Hic tamen quidquid instituerunt, curandum erit ut fide publica aestimetur, ne quis voluntario suum proferat. Illa tantum fides videatur quae aereis tabulis manifestata est. Aggenus vocat aere scripturam Commentariis in Frontinum de limitibus agrorum. Aereis libras, Aereis tabulas Hyginus de Limitibus Constituendis. Omnes significationes & formas aereis tabulis inscribimus: & infra: Libros aereis & typum totius periculae literis descriptum, secundum suas terminationes adscriptis affinis, tabulario Caesaris inscribimus.

Principio L. Valerius Poplicola Potitus, M. Horatius Barbatas, qui primi post Decemviros cum consulari imperio rempublicam administrarunt, An. Ur. CCCIV instituerunt ut Senatusconsulta in aedem Cereris ad Aediles Plebis deferrentur, quae ante arbitrio Consulum supprimebantur, vitabantur, ut Livius memoriae prodidit (c). Idque factum est exemplo Atheniensium, qui publicas tabulas in aede Matris Deum aservabant (d), & τὸ Μητρόειον; eique tabulario praefectum appellabant τὸν Διούχορον (e). Apud Dionem tamen lib. LVII. invenies ipsum tabularium τὸ διούχορον nuncupatum. Deinde cum ceteris tabulis legum, quod aeneae erant, ad aerarium deferri, & cum publicis pecuniis condi coepissent in aede Saturni atque Opis, in vico iugario ad capitolini montis radices (f): unde Livius libro XXXV. Verum quum sint notissimae sibi cum consule inimicitiae, quid ab eo posse quicquam aequi expectare, qui per infrequentiam fortim factum S.C. ad Aerarium detulerit. Et Tullius de M. Antonio (g): Sed Senatus consultum, pecunia accepta, falsa referebat: syngraphae obsequantur: senatusconsulta tanquam facta ad Aerarium referebantur. Tacitus Annalium III.: Factum S.C. ne decreta Patrum ante diem decimum in Aerarium deferrentur. Fuit id olim sub Quaefforibus, postquam negligentia Tribunorum plebis & Aedilium, ad quos ea cura jamdiu pertinuit, error & confusio incidissent; deinde quum absente Julio nulli Quaeffores essent creati, duobus

Y

(a) ad l. un. D. de off. Praef. Praetor. notat pag. 57. (b) in l. qui tabulam l. D. ad leg. Jul. de pecul. (c) lib. III. (d) Juliano l. op. not. V. & VI. & Hieronymo in MHTPOION. (e) Ex Athen. lib. V. Epistolae class. VII. 14. (f) Plutarch. quae. Rom. XLII. & Justin. in Jul. rep. XXVIII. (g) Philippica V.

bus Aedilibus id negotium datum est, donec Augustus Praetores Praetoriose viros substituit (a). Rediit ad Quaestores sub Claudio: ac tandem Praefectos aerarii creavit Nero. Tacitus XIII. *Annal.* Dein Princeps curam tabularum publicarum ad Quaestores et Praefectos transtulit. Variè habita, ac saepe immutata ejus rei forma. Nam Augustus permixto Senatui deligere praefectos, dein, ambitu suffragiorum suspectis, sorte dacebantur ex numero praetorum qui praessent. Neque id diu mansit, quia fors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudii quaestores rursus impositi; iisque, ne metu offensionum segnius consulere, extra ordinem honores permixti. Sed de erat robur actatis cum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero praefecit (*) persanctos, & experientia probatos delegit. Leges quae ad hunc locum Lipsius notavit.

Aedes Saturni, sive Aerarum pars erat Capitolii in VIII. Urbis Regione (b), quod clare ostendit Cicero III. in *Catilinam*: Nam profecto memoria tenetis, Cottæ & Torquato Coss. (c) complures in Capitolio turris de caelo esse percussas, cum & simulacra Deorum immortalium depulsa sunt, & statuae veterum hominum dejectae, & legum aera liquefacta. Quae superfuere, & quae deinceps incisa sunt proculdubio Neronianum incendium absumpsit: ait enim Svetonius: (d) Domus priscorum doncam asserant, hostilibus adhuc spoliis adornatae, Deorumque aedes ab Regibus, ac deinde Punici & Gallici bellis votae dedicataeque. Harum plurimas fuisse in Capitolio, quis neget? Incendium sane etiam loca edita corripuit, teste Tacito (e): Impetu perurgatum incendium plana primum, deinde in edita surgens, rursus in inferiora populando, antea remedia velocitate mali. Si quid autem ex tot tantisque cladibus reliquum fuit, consumtum est eo incendio, quod Vitelliani, expugnato Sabino, qui ad Vespasiani partes transferat, excitarunt: de quibus Iosephus (f): διαρρηχθέντες τὴν οἰκίαν τῶν ἀδελφῶν, τὸν ναὸν ἐκείνους ἀφαιρῶντες. (g): militesque, quum donaria omnia diripissent, templum succendunt (h). Hanc praecipue ob rationem (aut ego valde fallor) omnia restituenda, ac praesertim tabulas legum, suscepit postea Vespasianus: de quo Svetonius (i): Ipse restitutionem Capitolii aggressus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quaedam extulit, aerearumque tabularum tria milia, quae simul confugerant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus: instrumentum imperii pulcherrimum, ac vetustissimum, quo continebantur penè ab exordio Urbis Senatufconsulta, Plebisca, de societate, & fœdere, ac privilegio cuiusque concessi. Nimirum ignoravit Svetonius turres de caelo percussas, & legum aera liquefacta Cottæ & Torquato Coss. Quinimmo decreta ad Senatu eam restitutionem, scribit Tacitus (k), adhuc absente Vespasiano: Mox Deos respexere, restitui placuit Capitolium: eaque omnia Varius Asiaticus, Consul designatus, censuit, & infra: Censuerat Heliodorus ut Capitolium publicè restituere, adjuvaret Vespasianus. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde obsequio transiisse. Demum: Quo die Senatus ingressus est Domitianus.

(a) Dio lib. LIII. (*) forte praetori. (b) See. Rufus, P. Feller, *Parvula de Urbe Roma* pag. 244. 251. 256. 258. 259. 261. 262. (c) de Urbe DCCLXXXVIII. (d) de Senectute XXXVIII. (e) XV. *Annal.* (f) *De bello Judaico* lib. IV. cap. XL. 4. (g) *de antiquitate*, ut notavit Cl. Heinsius. (h) Vide Dionem lib. LXV. in Sen. (i) Cap. VIII. (k) IV. *Hist.*

nus, de absentia patris, fratrisque, ac iuventutis sua, &c. . . . tum sorte ducti per quos redderentur bello rapta, quique aera legum vetustate delapsa noscerent, figerentque, & qui Fastos adulacione temporum foedatos exonerarent, modumque publici impensis facerent. AERA LEGVM vetustate delapsa, non incendio absumta inquit Historicus. Sed utrumque verum.

Nulla ab allatis auctoribus inicitur mentio legis Regiae, sive de summo Augusti imperio: quam tabulam, verè instrumentum imperii ac dominationis pulcherrimum, restitutam in primis oportebat. Id tantum de Octavio Svetonius (a): Tribuniciam potestatem perpetuam recepit; in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit. Recepit & morum legumque regimen aequè perpetuum: quo iure, quamquam sine censurae honore, censum tamen populi egit: primum ac tertium cum collega, medium solus. Quinimmo Hubertus Goltzius, cui magnae curae fuit C. Octavii honores in literas referre, & qui in Fastis Augusteis, à se concinnatis, sine ullo auctore scriptis, perpetuum daturam, quam ut invidiosam (b) proculdubio averfatus est, Octavium fuisse An. U. DCCCXXX., & ex v. Kal. Jul. abdicasse, ipse, inquam, Goltzius integro volumine, quod de Augusto scripsit, ne verum quidem de lege Regia ausus est facere. Sciebat enim, delatos quidem Octavio summum in republica magistratus, sed per singula quinquennia, aut decennia ab eo initos; cooptato etiam quandoque collega, ut loco citato tradit Svetonius; immo de restituenda republica ipsum quandoque seriò cogitasse: quae mirum quantum absunt à summo imperio, & lege Regia. Praeterea gravissimè in principatum peccasset Vespasianus, si veterem quidem legem de Augusti imperio in eis restitui neglexisset, novum verò Senatusconsultum, ut ipse legibus solveretur, fieri sivistet. Quid enim magis idoneum ad solvendam vim dominationis, quam leges non utique dare, sed accipere? & patribus conscriptis summam potestatem acceptam ferre? Quid si Senatus aut memoria veteris libertatis, aut recentibus contumeliis permotus, restituendae republicae opportunitatem arripisset, certisque legibus ac veluti cancellis eam potestatem cohibendam atque continendam existimasset? Quid si de ea re more prisco ferri placuisset ad populum comitis centuriatis? quid si populus Vespasiano Tribuniciam potestatem abrogasset, nec legionarii dissensissent, satis Caligulae, Neronis, Vitellique scelera, ac flagitia dominationis pertaesi? Ferendum erat.

Reponet aliquis, legi apud Gruterum (c) legis Regiae fragmentum, quae de imperio Vespasiani lata est, haud suspectae apud antiquarios fidei: ubi inter cetera scriptum est: VTIQVE QVIBVS LEGIVS TIBERIVS SCITIS SCRIPTVM FVIT NE DIVVS AVGVSTVS TIBERIVS IVLIVS CAESAR AVGVSTVS TIBERIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS (cur omissus Caligula?) TENERENTVR. IIS LEGIVS PLEBISQVE SCITIS IMP. CAESAR VESPASIANVS SOLVTVS SIT. Atqui, si fragmento fides, jam non unicam legem Regiam latam fuisse fatendum erit, sed de imperio quoque Tiberii, & Claudii; immo & ceterorum principum à Di-

Y 2

VO

(a) In *Alibi* cap. XXVII. (b) Pulli nunc fuit soluta est gentis dissoluta per legem dominum, ut consuet ex Cicerone Philippo I. & Appiano lib. III. (c) pag. CCLXII.

tutari non possēt (a), vetat analogia: ejus gentile est *Terinaeum*, ut veteres nummi docent cum inscriptione TEPINAION (b), & Stephanus in TEPINA (c).

Est igitur aliunde petenda agri *Taurani* appellatio: nec ulla commodior ea, quam ex Strabone discimus (*d*): *ταυρίος* ἢ *ὄσιος*, inquit, ἔστι τῆς *ταυρανίας* χώρας ἀπὸ τοῦ ταύρου. *Super Thurius est etiam sita regio, quae vocatur Tauriana*. Hunc locum immerito solliciti Philippus Cluverius (*e*), et pro *ταυρανίαν* reponendum contendit *ὄσιον*: in manu gentilia, inquit, vocabula à Thurio refert Stephanus, *ὄσιον*, & *ὄσιον*, *Thurinus*, *Thuriarius*. Atqui Strabo aliam proflus regionem in animo habuit, quam quae proximè Thurius circumiacet: quid enim dicit opus fuisset, *Thurioum* regionem appellari *Thurinam*, aut *Thurianam*? praefertim quum post pauca de ipsis Thuriis esset verba facturus? Ideo inquit, *supra Thurius* *ταυρίος* ἢ *ὄσιος*, non *circa Thurius* *ἀπὸ τοῦ ὄσιος*. Immo neque Stephanus *Thurinus*, & *Thurianus* appellatos scribit, tametsi analogia id postulare videtur, sed *Thurius*, *Thuriaco*, *Thuriatus*, & *Thuriensis*.

Tauriana itaque Strabonis regio, quae est supra Thurius, idest quae inscribitur supra fines Thuriorum, five aget *Tauranica*, in latum quidem pertinet ad ufque Lai fluminis ostium; & nominis vestigia satis apparent in mediterraneo oppido haud incelebri ad Apennini radices, etiam nunc *Torano* (f): in longum vero protenditur ad fretum Siculum; disiectae est meso iudicio *Tauriana* a rugis montium, qui mediam fecant Italiam. Omnes enim in alpini *Tauri* dicii sunt, ut Ipsem Cluverius alibi docet (g). Ad rem Stephanus; Ταυρος, ὁρος ἀπὸ μέσης Ἀσίας διήκουσ· διότι ταυρὸς οἱ παλαιοὶ δῶρα στα μεγάρῃ καὶ βίαια ἐπαύοντο, ἢ ἄπορτος ταυρὸς τὰ ἀφ' ἧς θαλάσσης οὐκ ἀπέκλειε. Τὸ εἶδος τοῦ ταυροῦ, πλεονακμοῦ τὴν αἰὶν ἐξυγίαν. Ταυροὺς μὲν περ μέσας Ἀσίας περτίνουσ· quid antiqui omnia magna & violenta tauros cognominabant. Vel officii tauri partes egi ad mare similes erant. Gentile Taurianus, πλεονακμοῦ literature α, ut Zygianus. Quare laudulus est magnus Salmasius, qui alium Stephani locum de Tauriscis populis alpini emendavit, & pro οἱ ἐς τρωὶ λίγυοι, legit οἱ ἐς ταυροὺς λίγυοι. Hac emendate ratione nomin sortita est *Taurica Cherfoneus*, regio montibus aspera, de qua Scymnus Chius (h) meminit, ubi de adventu Iphigeniae ex Aulide:

Εἰσι δὲ τοῖς ὄχλοι μὴ οἱ Ταῦροι συχνοί.
Βίον δὲ σιόριον νομάδα τ' ἐξηλασκότες,
Πλὴν δ' ὠμότητα βάρβαροι τε ἐφοῖς,
Ἰλασκήμενοι τὰ θῆα τοῖς ἀσεβήμασι.
Turbis abundant maxime frequentibus

Tax-

(c) *Strales* ibid., VI. (b) Per O. ut in verisimilissimis Gesnerorum nomenis fascipennis invenies.
 (c) Ubi videtur diffinitum Hallenii capion per Ω, ut in verisimilissimis Gesnerorum nomenis fascipennis invenies.
 (f) Fr. Leander Abertus *Iud. quib.* Visitationes, p. 203e. ad VI, pag. 232a. (g) *Hist. nativae*, pag. 327r.
 cum aliq. qui huc ferentibus acquiescent. et enim Damocles exillit, sed vixit ut uno modo fallat
 vide Lyceophron apud Hallenium *sensu*. Et cognationem inter *Stephanos* et *Amintheia*, apparet, ut
 munit ad Hippocnem monum, id est ad extremum cunus Hippocnemius unus, hodie *Amintheia*. (g) De *Pandora*
cap. 2, *Hippocnem* ad *Stephanos* in TAPPIKOL. (h) Cuius fragmenta cum versione Hallenii, edita sunt Tr.
 IIII. *Stephani Byzantini* cap. 176, 177.

*Tauri, vagamque in montibus vitam trahunt,
Crudelitate, caedibusque barbari,
Ipsam sceleribus impiis nomen colunt.*

Præterea neque Cluverium latebat, Italiam ab Italo Rege appellatam, quasi *Taurinam*, quæ antea Onotris dicebatur (a). Nam *Ἰταλῶς*, vel *Ἰταλῶς* est vitulus, sive taurus, ab *ἴτης* quia animosus. Immo non aliam olim regionem dictam fuisse Italiam, quàm hanc ipsam, de qua tractamus, quæque olim Onotris paruit, ut pluribus docet Strabo; unde Virgilius (b):

*Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.*

Strabo lib. vi. (ε) Φησι δ' Ἀντίοχος ἐν τῇ αἰτῇ τῆς Γαλτίας συγγραμμάτι, ταύτῃ τῇ Γαλτίᾳ ἐκκλησίαν, ἢ αἰτῇ ταύτῃ συγγραμμάτι, φησίν τε τὸν Οὐρανὸν ἀποκαταλέγειν ὅτι οὐδ' αὖτις καταλείπει οὐδ' ἡμῖν τὴν Τυρρηνικὴν πελάγην, τὸ αὐτὸ ὅσαρ ἐκ τῆς Βρεττίας ἐκβαλεῖ, τοὺς λαοὺς ταυμάζειν ὅσους δ' ἡ Τυρρηνικὴ, τὸ Μεταποταμὸν τὴν γὰρ Τυρρηνικὴν ἡ σαρωνικὴν τὴν Μεταποταμὸν ὄντι, ἐκ τῆς τῆς Γαλτίας οὐραίας, ἰσχυρὰς καλὰς ἐπὶ δ' αὐτῶν ποταμοὶ, οὐδὲν οὐδ' ἐκ τῆς Γαλτίας μόνον ἐπὶ καλλίαν, τὰς σαρωνικὰς τοὺς ἰσχυροὺς ποταμοὶ τῆς Τυρρηνικῆς ἐκκλησίας ποταμοὶ. Antiochus in opere quod de Italia conscripsit, hanc regionem ait Italiam appellatam fuisse, ac de ea se scribere: prius autem dictam fuisse Oceanum. Terminum autem ei constituit, ad mare quidem Tyrrhenum, quem & non Brutii affligentem, Larnam flumen; ad Siculum autem fretum, Metapotamum. Sed Tarentinam regionem, quae continuū agrum Metapotantinum sublequitur, extra Italiam sub Japygia nomine censet. Apud vetustiores autem ait eos tantum Oceanos ac Italos fuisse habitos, qui intra Isthmum sitū versus fretum vergentem Siculum. Dionysius eadem fere habet lib. i. (d) Γαλία δ' αὖθις ὁμοιομένη, ἐπ' αὐτοὺς δυνάτοί, ὅμοια Γαλτοῖ. τοῖτον δὲ φησι Ἀντίοχος ὁ Συρακοῦσις ἀναθεῖναι ἐκ ποταμῶν γεινομένων ἐκ τῆς πελοποννησιακῆς καὶ τοῦ λόγιος ἀναθεῖσθαι, τὰς δὲ πάλαι ἀποκαταλέγειν, ἀπὸ τῆς ἐκ τῆς Γαλτίας οὐραίας, τὴν γὰρ, ὅσην οἷός τις τὴν πελοποννησιακὴν τοὺς τῆς Ναπυτίας καὶ τοῦ Σικυωνίου ἥρπιδ' ἀφ' ὧν ἐκκλησίαν τῆς Γαλτίας, ἐπὶ τῇ Γαλτοῖ. Italia dicitur post nominata esse sub viro praepotente Itabo. Hanc Antiochus Syracusanus ait, bonam & sapientem fuisse, & propinquarum regionum hominibus partim oratione persuasus, partim vi coactis, totam eam terram sub imperium suum redegeisse, quanta patet Napetinum finem inter & Syckerinum: eamque prius Italia vocatam Itali temporibus (ε). Pro Ναπυτίας Glareanus substituit Nabeptis, sed Musis omnibus advenantibus. Strabo, superius allatus, habet per i, Ναπετίους κολώνες. Ex Napitio factum est oppidum, quod nunc dicitur lo Pizzo, in intimo sinu, haud longe à Vibo,

Si quid tentandum est, potius emendaverim Stephani locum in AA. MH.

(a) *Strabo* lib. VI, pag. 154, 155. (b) *I. Aeneid.* vers. 316, 317. (c) pag. 314. (d) pag. 37.
(e) Ab ipso Cluvetio haec verba afferuntur *Ital. antiq.* pag. 1190.

MHTINOI, ubi legitur: AAMHTINOI, πόλις, ἀπὸ Λαμίας πόλιν ἀπὸς Κρότων. *Lamietini*, urbs à *Lameto* fluvio juxta *Crotonem*. Principio enim *Lamietini* sunt ipsi cives, ὁ πόλις, *Lamietini*. Civis, *Lamietinus*. Urbs igitur *Λαμῆτις*, vel *Λαμῆτις*, ut paulo post AAMHTIN. TEIA, πόλις, *Lampetia*, urbs, quam Latini *Clampetiam* dicere: vel *Λαμῆτις* est oppidum, civis *Λαμῆτις*, uti ex *Lycophrone* & *Tzetzete* notavit *Holstenius* (a). Deinde, τὸ, ἀπὸς Κρότων, falsum. *Lametia* enim oppidum, unde *Lamietini*, situm erat ad ipsos fontes *Lameti* fluvii in mediterraneis ad radices *Apennini*; quod rectè notavit *Vossius*, observationibus ad *Melam* (b); tamen fallit putans, oppidum dici nunc *Maida*. Hoc enim magis vergit ad meridiem: *Lametia* verò hodie dicitur *Amato* à cognomine fluvio, qui ferè in medium sinum *Hipponiatem*, sive *Napetinum* delabitur: quod oppidum aequo ferè intervallo jacet inter duo maria, *Ausonium*, sive *Scylletium*, & *Tyrrhenum*; distat verò à *Crotone* l. & amplius passuum milibus, sive stadiis cccc. Quomodo ergo ἀπὸς Κρότων; potius ἀπὸς *Ovidas*, non longe à *Vibona*, sive *Hipponio*, unde sinui nomen. Sed neque hoc verum; nam longe propior *Vibonae Metauri* fluvius. Erroris causam subodorasse mihi videor, nomina similiter terminantia *Lameti*, & *Neacthi* fluviorum. De hoc *Plinius* libro III. cap. XI. A *Lacinio* promontorio secundus *Europae* sinus incipit magno ambitu flexus, & *Aceracraunio* *Epiri* finitur promontorio, à quo abest LXXV. milia pass. Oppidum *CROTO*, anni NEACTHVS. Oppidum *Thurium* inter duos annes *Crathim* & *Sybarim*, ubi fuit urbs eodem nomine. *Néusdos* etiam dicitur *Straboni* παρὰ τὸ τὰς τὰς αἰῶνες, quòd *Trojanæ* mulieres post eversum *Ilium* navigationis tædio navigia ibi incenderunt. *Stephano* est *Nabudos*, in *ἈΕΚΑΝΤΑ*. Hic fluvius verè ἀπὸς Κρότων impo-
suit *Stephano*, vel ejus *Epitomatori*.

Ut è diverticulo in viam, *Ptolomæum* quoque corrigi *Cluverius*, *Tauriani* nominis hostis: ubi enim inquit ille:

Δὲν τοτὶ ἐμβόλαι	<i>Lai</i> flum. <i>Ofia</i>
Τίμω πόλις	<i>Templa</i> urbi
Ταυριανὸς σκόπελος	<i>Taurianus</i> <i>scopulus</i>
Ἱππωνιάτης κόλπος	<i>Hipponiatetis</i> sinus

legendum contendit *Τίμω πόλις*, *Τεπνῶ* ἐκβάσις. Id est, inquit, *Ligæa insula*, sive *Terina*, quæ nunc etiam *Petra*, *scopulus Terinæus*, maris recessu relictus in siccò. Correctionem non improbarem; sed quadrat in *Cluverium* verba *Holstenii* adversus *Stephanum* Byzantinum in *TEPINA*: *Licophronis* auctoritatem frustra præcendit *Stephanus*, ut ex oppido insulam nomini effingat. neque enim *Licophron* insulam esse affirmat (Terinam) sed locum maritimum fuisse significat. Mirum quòd *Plinium* quoque, & *Melam* emendare in animum non induxit suum *Cluverius*. *TAVRIANVM*, inquit *Plinius*, *Portus Orestis*, & *Medua* (c). *Pomponius* autem *Mela* (d), ab extrema Italia in-

(a) *Cassiodorus*, de *Stephanum*. (b) *Cicero* à *Bonellio* ad *Stephanum* in *AAMHTINOI*. (c) *III. III.*
cap. V. (d) *III. III.* cap. II.

eciens, *Rhegium*, *Scylla*, *TAVRIANVM*, & *Metaurum*. Forte eandem memorat *Stephanus* in *TATPANTA*, dum inquit: *TATPANTA*, πόλις *Ἰταλίας*. ἰστικὸν *Tavpanti*, ὅς *Ἰλακέντις*, & *Tavpanti*. *Taurania*, urbs *Italiae*. *Gentile Taurianinus*, ut *Placentinus*, & *Taurianinus*. Quamobrem minus ignoscendum censio *Abrahamo Berckelio*, ad hunc locum dicenti: Quum nulla usquam apud alios Auctores reperitur *Italiae Urbis Taurania*, omnino persuasum habeo scripsisse *Stephanum* *Tavpanti*, & *Tavpanti*. Ita etiam *Appianus* in *Hannibalicis* nominat: Καὶ μικρὸν διατρίψας, ἀποτίλλαντες *Tavpanti*, τὸ *Κατὰ*. Quum aliquantulum quiescisset, *Taurasiam*, *Gallicam urbem*, bello petiit. Illam nempe quæ postea dicta est *Augusta Taurinorum*.

Taurianum *Melae*, & *Plinii* (quando *Seminarium* ex ejus ruinis originem duxisse putant (a) *Geographi*) aberat à loco, ubi nostra tabula reperta est, sexaginta & amplius passuum millibus; duplum ab ostio *Sybaris*, & à *Thuriis*; tantundem ferè à *Lao*, qui *Lucaniam* à *Brutiis* separat: nec tamen distitor, fuisse *Taurianum* in ipso agro *Teurano*, sive regione *Tauriana* *Strabonis*, quæ à perpetuis jugis montium dicta est, & longè latèque patuit: ita ut à majore *Bruttiorum* isthmo *Rhegium* versus progredientibus laevà esset defensusus ad *Crotonem*, *Lacinium* & *Jappum* promontoria, *Scylletium* sinum, *Cocytum* promontorium, *Lecro*, *Caulonium*; dexterà ad *Crissol*, *Templa*, *Clampetiam*, *Napetinum* sive *Hipponiatem* sinum, *Vaticanum* promontorium, *Metaurum*, *Taurianum*, *Portum Orestis*, *Meduam*, *Scyllam*. Medius itaque inter duo longè distita extrema, & in ipso umbilico agri *Teurani* fuit locus (nunc *Tiriolo*, veteribus forte *Nemistro*) qui maximè opportunus visus fuit *figendae* *Tabulae* nostri *Senatus* *consulti* de *Bacchanalibus*.

Quum haec typographis jam tradita essent, operique finem imposuissent, ecce literas à *Clar. equite Pio Nicolao Garellio*, ex quibus opportunè didici, *Taurianam* *Melae* & *Plinii* stetit ex eunte saeculo VI. *Gregorius* enim *Magnus* scribens ad *Petrum Subdiaconum* (b) inquit: *Venerabilis Paulinus, Episcopus Tauri Civitatis Provinciae Bruttiorum*, nobis asseruit &c. ubi adnotarunt viri docti: Variè quoque scribitur hujus civitatis nomen in *M. SS.* nam in *Vaticano* legitur *TAVRIANAE*, al. *TAVRIANAE*, al. *TAVRIANAE*. Urbs olim fuit *Episcopalis Brutorum*, eversa à *Saracenis* inter *Rhegium* & *Hipponium*. Eidem *Paulino* Ecclesiam *Liparitanam* regendam dedit *Gregorius Episc.* XVII. libro II. (c) subdens: Ecclesiam verò *Taurianensem*, quoties opportunum tempus erideris, visitabis. De qua re *Epistola* XVI. (d) ad *Maximianum* *Syracusanum* *Episcopum* scribens, inquit: Quia igitur Ecclesia *Liparitana* sacerdote privata dignoscitur, ideo *Paulinum*, *Taurianensem* Ecclesiam *Episcopum*, in praedicta Ecclesia *Liparitana* fraternitas tua sine mora praesens constituat. *Tauriatinensis* pro *Taurianensis* in veteribus edi-

Z 2

tio

(a) *Cassiodorus* Peregrinus III. II. III. *Principis*, *Longobard.* ad eam pag. 47. adnotavit: Fuit *Tauriana* ad mare, ubi nunc *Palma* prope *Taurianum*. *Insulae* tunc *castrum*, ubi nunc est *Palma* fuisse *Portum Orestis*. (b) *Epist.* 39. tit. I. *Justi* *vet. Edit.* 1791. 41. *edit.* *Paul.* anno 1791. (c) *In* *vet. Edit.* 1791. 11. (d) *In* *vet. Edit.* 1791.

tionibus legisse videtur Holstenius (a), quem in hac re facem sibi praetulisse ingenue, pro suo more, indicavit mihi laudatus Garellius.

Item Saeculo VII. Etenim Georgius Episcopus Taurianensis subscripsit Actioni IV. Concilii Oecumenici VI., Cpolitani III. (b): Γεωργιος ἐκκλησιᾶς ἐπισκοπὸς τῆς ὁσίας Ἐκκλησίας Ταυριανῆς ἑταρχίας Καλαβρίας &c. Georgius minimus Episcopus Sanctae Ecclesiae Taurianae provinciae Calabriae.

Saeculo VIII. Actioni IV. Concilii Nicaeni II., sive Oecumenici VII. (c) subscripsit: Θεόδωρος ἀρχιεπίσκοπος Ταυριανῆς &c. Theodorus indignus Episcopus Taurianae. Et paulo ante subscripserat Στέφανος ἀρχιεπίσκοπος Βιβώνων. Stephanus indignus Episcopus Vibenensium.

Quin saeculo IX. labente adhuc utraque sedes erat sub Metropolitanitano Rhegiensi, hic sub Constantinopolitano Patriarcha; ut didici ex Ordine praesidentiae Metropolitanorum, qui suberant Apostolico throno Constantinopolis, & subjectionem eis Episcoporum juxta Dispositionem Leonis Imperatoris cognomento Philophi, apud Leunclavium Juris Graeco-Romani libro II. (d) Nempe sub Rhegiensi Episcopo erant Episcopi:

α	ὁ Βιβώνης	1	Vibenensis
β	ὁ Ταυριανός	2	Taurianae
γ	ὁ Λοκρίδης	3	Locridis
δ	ὁ Ροσίδης	4	Rufiani
ε	ὁ Σκυλακίης	5	Scylacii
ς	ὁ Τρωπαιῶν	6	Tropaei
ζ	ὁ Αμυνταῖος &c.	7	Amantiae &c.

Imperasse Leonem Philosophum ab Ann. Chr. DCCCLXXVI. ad CMVIII. notissimum est. Ex eadem Dispositione mira lux affulget allatis Gregorii Magni Epistolis. Paginā enim 101. ejusdem Juris Graeco-Romani tam Rhegiensis, quam Syracusanus Metropolitanus dicuntur avulsi à Diocesi Romana ἀνατράχυντες ἐν τῇ Ρωμαϊκῇ διοικήσει: & paulo inferius legitur, Syracusanus subesse Ecclesiam Liparentensem. Scimus igitur, quamobrem ad Maximianum Syracusanum Episcopum scripserit Romanus Pontifex, de Liparitana Ecclesia à Paulino Taurianensi regenda: necdum enim Rhegiensis, aut Syracusana sedes avulsa fuerant à Diocesi, sive Patriarchatu Romano; nec Liparitanae Ecclesiae Paulinum praefici infcio Syracusano decuit.

Saeculo tandem XI. Tauriana, & Vibona à Saracenis videntur fuisse deletae. Tametsi enim Saeculo IX. Brutios, & universam Calabriam Barbari vastaverint (e), anno nihilominus MIX. mense Augusti (inquit Lupus Protospata) apprehenderunt Saraceni civitatem Cosentiam, rupto foedere nomine Cayti Sati &c. & Anno MXX. descenderunt Saraceni cum Rayce, & obfederunt Bininianum, & illud apprehenderunt. Quo tempore, quum potiundae Italiae omnem fere spem abjecissent, vero

